



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

16 Vtrum cesset priuilegium, rescriptum, & dispensatio morte
concedentis?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

omnino extinguit, quia pervenit ad statum, à quo incipere non potuit, non propter cessationem causae finalis, sed propter circumstantiam adiacentem, quae reddit illius obligationis usum iniquum: & cum glossa dicit, quod impedit faciendum, destrucere iam factum intelligendum est, quando est impedimentum honestati contrarium; scilicet vero, quando est impedimentum per praedictam cessationem causae.

Ad tertium cum eius confirmatione concedo facilius mutari posse privilegium, quam legem: tum revocatione, tum decessione; quia facilius à Principe revocari potest, & facilius laborari potest aliqua circumstantia, quae usum privilegij impediatur: at non in eis sequitur debere cessare ex omni causa, quae lex cessat; lex enim cessat deficiente causa eius finali adaequata, quia ex huiusmodi defectu redditur inutilis: at iniustum est obligare subditos ad observantiam legis inutilis. Ergo, Privilegium vero & dispensatio, etiam si cesset causa, ob quam fuerunt concessa, vtilia esse possunt privilegiato, & ex alia parte non obligantur ad illius usum. Ergo.

Ad quartum concedo privilegium non operari ultra concedentis intentionem: at intentio concedentis absolute privilegium, est, ut utatur privilegiatus in eo etiam cessante causa, ob quam fuit concessum. Neque obinde sit peccare privilegiatum, neque peccare concedentem: non peccat privilegiatus, quia privilegio tunc concessio videtur, neque peccat concedens privilegium, cum ob legitimam causam concedat, quae causa non requiritur, ut semper existat, quoties fuerit usus privilegij. Neque obstat tunc adesse causam, ex qua posset privilegium incipere, quia plus requiritur ad inceptioem privilegij, quam ad eius continuationem, ut optime ipsemet Sanchez probat *illud disput. 30. num. 8.* Ex qua doctrina inferri ipse non cessat dispensationem, si causa finalis non omnino cessavit, quamvis reliquae manentes non iudicentur sufficientes ad priorem dispensationis concessionem. Ergo idem debet dicere, etiam si omnino causa cesset.

Ad confirmationem ex *l. ex f. llo*, respondeo substitutionem illam evanescere, si filius sanae mentis efficiatur, quia ex subiecta materia constat fuisse conditionalem, nempe si filius in furore usque ad mortem perseveret, alias ut bene dicitur textus, iniqua esset substitutio: & ratione circumstantiae, quae reddit substitutionem iniquam, cessat substitutio.

Ad secundam confirmationem ex *l. i. ff. de conditione sine causa, & ad l. nihil interest*, respondeo, sicut ad quartam dixi magis requiri ad honestam inceptioem privilegij, & dispensationis, quam ad illius continuationem: ad inceptioem enim requiritur legitima causa; scilicet vero ad illius continuationem, deest enim concessum à Principe beneficium esse mansurum: *reg. decret. 17. de regul. iur. in 5.*

Ad quintam ex *regula in ambiguis*, dico probare cessante causa concessionis posse scriptum à Principe revocari privilegium; at non probat Decius ipso facto privilegium cessare.

Ad vltimum negat Salas *ad spur. 20. sect. 6. sine*, absurdum esse sic dispensatum veluti canibus, etiam si iam causa infirmitatis cessaverit, quia retinet dispensatio suam vaorem, eo quod data fuerit ob infirmitatem, non solum praesentem, sed quam probabiliter concedens exspectabat futuram. Ac credo in tali casu cessare dispensationem, quia dependentem à causa futura fuit concessa, quae cum cesset, cessabit dispensatio.

10 Ex his patet decisio illius quaestionis, an peccet verus dispensatione cessante causa illius?

Respondeo iuxta supradicta non peccare, si dispensatio fuit concessa ob causam actu existentem, quia verè manet dispensatus, legibusque solutus: at peccare, si dispensatio sua ob causam successivam, & usum dispensationis commenturatum, quia cessat dispensatio, et creditur etiam dependentem ab illa causa fuisse concessam, siquidem praesens infirmitas non est sufficiens causa concedendi perpetuam dispensationem in ieiunio: concedere autem dispensationem sine causa, vel sine causa sufficienti, etiam in propria lege non est praesumendum de Principe. Ergo asserendum est dispensationem esse dependentem ab existentia causae, ac proinde illa cessante cessare dispensationem, esto contra tenent Salas *supra dicta disput. 20. sectione 6. à num. 66. vers. ego in hac re*, & *seqq.* & *num. 65.* referit aliquos recentiores id probabile existimare.

PUNCTUM XVI.

Utrum cesset privilegium, rescriptum, & dispensatio morte concedentis.

EX huius puncti enodatione pender decisio plurium difficultatum, idcirco placet exactius rem explicare, neque brevitatis solitè oblitiscar: si enim privilegium, rescriptum, & dispensatio, non fuerint in statu integro, morte concedentis non pereunt, ut dicemus ex omnium sententia. Quapropter investigandum est, quando dicantur esse in statu integro, quando in statu inceptioem, & primo loqui debemus de rescriptis iusti-

tiae, & ex ibi dictis facile erit inferre, quid dicendum sit de rescriptis gratiae.

S. I.

Quando rescripta iustitiae, & gratiae dicantur esse in statu integro, quando dicantur esse incepta.

- 1 Triplicem sententiam refert Sanchez, qui sentit per solam citationem iuridicam desinere rem esse integram, & perpetuam iurisdictionem in rescriptis iustitiae.
- 2 Censet rem probabilis sufficere iudicem iurisdictione incepta, si citationem non fecerit. Sed quia communis est citationem requiri, illud est sequendum.
- 3 Sufficit citationem egressam esse à delegato, si tamen parti in iurata non fuerit, defendit Sanchez, ut probabilis.
- 4 Censet probabilis oppositum.
- 5 An requiratur citatio in casibus, in quibus per editum citari qui potest, ut perpetuam iurisdictionem in Probabilis videtur sufficere citacionem.
- 6 Perpetuam iurisdictionem ex eo quod delegatus subdelegaverit in Probabilis est non perpetuam, si tamen paribus praesentibus fiat.
- 7 Per rescripti praesentationem non firmatur iurisdictionem.
- 8 An per unam citationem firmetur iurisdictionem rescripti plures causas continens? Sed distinctione respondetur.
- 9 Quid si constitutus iudex delegatus ad univocitatem causarum, & citationem in una causa faciat? Affirmat cum Sanchez si matam esse circa omnes iurisdictionem.
- 10 Si causa commissa non indiget citatione, prima manentis executionis facta, firmatur iurisdictionem.
- 11 In rescriptis gratiae ex revocatione partis dicitur negotium consummum.

DE rescriptis iustitiae refert Sanchez, *lib. 8. disp. 28. à n. 8.* descriptam sententiam. Prima affirmat desinere rem esse integram, eo ipso, quo iudex ceperit iurisdictionem sibi data vti. est citationem non fecerit. Quia modus firmandi, & radicandi iurisdictionem est per usum ipsius. Si igitur ante citationem vti iurisdictione potest, iam iurisdictionem firmat. Adde, iurisdictionem delegata tunc dici potest esse integra, quando nullum illius usum habuisti. Ergo si in virtute illius aliquem usum exercuisti, qualis est signare locum iudicij, non nate Notarium, testes percipere, rodigi litteras in publica forma, verè iurisdictionem integra non est, sed potius cepta. Fauter huius sententiae *cap. licet vndique, de officio delegati, & cap. si à subdelegato, eod. tit. n. 6.* in quibus solum expulsiatur ad perpetuam iurisdictionem, quod delegatus iurisdictione delegata vti non ceperit, sed in aliquo ex illa processum non fecerit: neque ibi astatur ad usum per citationem, vel per litis contestationem, vel per sententiam, vel per nominationem Notarij, aut significationem loci. Ergo non est cur aliquis detrimatur usus expulsiatur, & pro hac sententia adducit Sanchez, plures Doctores, & videri potest vltimè *verbo d. legatus, q. 6.*

Secunda sententia docet iurisdictionem delegatam integram esse, quousque lis contestata sit. Moveretur ex *cap. relatum, de officio delegati*; vbi deciditur exprime iurisdictionem delegatam non contestata; & idem habetur in *l. regia, c. 1. tit. 4. par. 3.* & vltis Doctores, quos Sanchez allegat, potest allegari Salas *disput. 20. sect. 17. num. 125.* ibi, *erit autem causa saltem cepta, quando lis fuerit contestata.* Aug. de Barbosa de *potestate Episcopi, 2. allegat. 39. n. 29.* vbi tenet delictum non dici deductum ad forum contentiosum, quousque lis contestata fuerit, quia forum contentiosus dici non potest, nisi inter partes contentio fiat: non est autem perfecta contentio, quousque contestetur lis. Ergo neque forum contentiosus, quousque lis sit contestata. Ergo neque iurisdictionem contentiosa exercita ante litis contestationem; omnia enim alia praesambula illius dicuntur ex resolutis per *Alin. praxi Florent. §. 1. cap. num. 14. & seqq. Lancel. de arbitrat. in praxi, num. 7.* Petog. *var. lib. 2. sub rub. de conditionib. n. 54.* & tradit alios referens Sigismund. *Seaccia d. iudic. cap. 2. num. 22. & cap. 8. num. 15.* Ergo iurisdictionem iudicialis non erit exercita; nisi post litis contestationem. Item lis non mouetur, quousque contestata non fuerit, ex text. in *c. ex p. re 30. d. verb. significat.* & tradit Mariana *de ordin. iudic. p. 5. tit. 2.* & omnia sunt durante infirmitate, *num. 64.* *Surd. de alim. tit. 5. §. 8. n. 4.* Ergo neque iurisdictionem ad iudicandum concessa si mata, seu exercita cessabit, quousque lis mota sit, & immedatè delegatus ceperit.

Tertia sententia, cui tanquam probabiliori adhaeret ipse Sanchez docet per solam citationem iuridicam desinere rem esse integram, & perpetuam iurisdictionem, ducitur ex *cap. gratiam, de officio delegati*, vbi ad firmandam iurisdictionem solum petit citationem, ibi, *cum citatione facta negotium sit quasi consummum,*

Et ubi de officio legati, dicitur petere iurisdictionem, si citatio non processit, per quos text. affirmat explicandos esse relatos non processit & secunda sententia; quia correctio iurium vitanda pro prima & generaliter dicunt requiri viam iurisdictionis, intelligendi tunc de vfa, qui ad minus sit per citationem thonis, intelligendi tunc de vfa, qui ad minus sit per citationem thonis, intelligendi tunc de vfa, qui ad minus sit per citationem thonis...

2. Mihi vero maxime ardet prima sententia, quam ipsemet Sanchez valde probabilem dicit; tum ob rationes, quas ibi addit, tum quia deest beneficium Principis esse mansurum: tam quia licet citatio sit primus actus iudicij, est tamen primus actus iurisdictionis, cum ante citationem plures exerceri iurisdictionis possit. Verum, quia video communi Doctorum sensu probatum citationem requiri, ut res desinat esse integra, ideo in praxi iudico hoc esse sequendum, quodque defendit Molin. tract. 5. disp. 9. n. 12. Et 24. disp. 19. n. 3.

3. Sed dubium est, an sufficiat citationem egressam esse a deo, etiam si parti inimica non fuerit, ut censetur res non integra?

Sanchez alios referens n. 13. probabilis censet sufficere. Monet, quia in egratum, de officio delegati, solum requiritur, ut negotium sit quasi ceptum, quod propositum sit citationis edictum. Deinde, quia citatio tribus partibus constat, ex mandato iudicis, & ex parte citanda, scilicet ex citatione nuntij, & ex illius assensione se citationem scisse: at ex his tribus solum mandatum est vfu iurisdictionis. Ergo solo illo iurisdictionis radicitur, item solus iudicis actus est pensandus ad perpetuandam iurisdictionem, qui perfectus est per solum actus mandatum.

4. Ceterum tenenda sententia, non per quemcumque actum iurisdictionis, sed per citationem desinere rem esse integram ad effectum perpetuandi iurisdictionem in delegato, probabilis censio non sufficere citationem egressam esse a iudice, nisi parti inimicetur: sic docet Mol. illa disp. 9. num. 3. Ratio est, quia vique parti inimicetur, non est vera citatio, sed expeditio citationis neque enim dici potest pars citata, ex eo quod mandet iudex eam citari. Deinde, quia in cap. gratum, non expeditio citationis, sed ipsam citationem factam expostulat Pontifex, ut negotium sit quasi ceptum, inquit Urbanus I I I. Nos autem inquisitioni tuae aliter respondemus, quod cum in casu priori citatione facta negotium sit quasi ceptum. Et licet in principio dicitur, proposito citationis edicto, hae verba non indicant citationem non esse factam, sed potius indicant esse factam: nam si propositum fuit citationis edictum, alicui fuit propositum, atque adeo alicui fuit citatus. Adde illa verba, a parte fuerunt dicta, non a Pontifice approbata; ipse enim absolute dicit, citationem factam. Deinde iura expostulantia citationem, de citatione perfecta, & consummata debent intelligi: argumento sumpto ex cap. quia propter, & cap. cum s offi positum, de electione; sed in ratione citationis non est perfecta, & consummata, quovis ad partis notitiam devenire possit. Ergo, si dices mandatum citationis esse citationem perfectam, quoad effectum inchoandi in iudice delegato iurisdictionem, ad cuius effectum fuit requisita. Sed respondeo non esse perfectam, quoad hanc effectum, eo ipso, quod petatur citatio ad inchoandam iurisdictionem. Facior, inquam per mandatum citationis aliquo modo inchoari iurisdictionem, imperfecte quidem; sed quia non inchoatur per citationem, quae est primus actus iudicij, ea de causa non dicitur proprie inchoari iurisdictionem ad cum effectum, ut perpetuetur mortuo delegante. Et per hanc partem rescripto ad rationes oppositas. Dico ergo, non solum iudicem exercere iurisdictionem, quando pronunciat citationem faciendam, sed etiam quando ipse Notarius illam facit. Non enim Notarius est, qui citat, sed iudex est, qui citat partes medio Notario, sicut voce praecoris legislator legem promulgat.

5. Insuper dubitari secundò poterat, an si haec citatio fiat per edictum, seu proclamationem, in his casibus, in quibus de iure fieri potest, debeat esse trina, ut censetur iurisdictione perpetua, & res inchoata? Aliqui videri posse trinam requiri, eo quod nullus censetur citatus per edictum, quovisque trina fuerit publicatio illius iuxta Authenti, qui semel. Et tres denominationes, C. quomodo & quando iudex, & tradit Menoch. lib. 2. de arbitrar. cens. 5. casu 464. n. 4. Ceterum probabilis censio sufficere vnam citationem, etiam per edictum, ut intelligatur iurisdictione delegata esse incepta, tum quia in cap. gratum, & cap. si a subdelegato, & aliis relatis, non expostulatur, nisi citatio: ac verò illa vocatio per edictum, etsi vnicia sit, citatio est, licet non sufficiens, ut condemnentur citatus. Ergo firmatur ex illa delegari iurisdictione, & ita aliis relatis docet Sanchez n. 14. Et num. 16. aduerit optime citationem illam debere esse validam; nam si ex aliquo capite irrita fuerit, reputatur, ac si non facta; quod enim nullum est nullum potest producere effectum.

6. Tertio dubitatur, an ex eo quod delegatus subdele-

ganerit causam, vel partem illius, censetur perpetua iurisdictione?

Puribus, quos recenset Sanchez num. 18. placet esse perpetuam, quia verè delegatus vfu fuit iurisdictione: subdelegatio enim illa facta actus iurisdictionis est. At mihi cuius eodem Sanchez, ibi, & Mol. disp. illa 9. num. 3. probabilis videtur firmatam non esse iurisdictionem; tum quia subdelegatio non est vfu iurisdictionis delegata, sed est vfu iurisdictionis a lege concessa. Lex enim concedit in his, & illis casus subdelegare ac proinde est vfu iurisdictionis non delegata, sed potius ordinaria. Excipit tamen Sanchez ibi, nisi praesentibus partibus subdelegatio facta fuisset; quia tunc existimat talem subdelegationem citationi aequivalere. At credo hoc concedendum non esse. Nam cap. si a subdelegato, de officio, & potestate iudicis delegati, quo mouetur ipse ad affirmandum subdelegationem praesens non firmare iurisdictionem delegati, non distinguit, an fuerit praesentibus partibus facta, vel absentibus, imò potius supponit ex consensu partium factam fuisse. Item subdelegatio siue sit praesente parte, siue absente, non est vfu iurisdictionis delegata, sed a lege concessa. Ergo semper manet res integra. Adde iura ad minus citationem expostulare pro forma, ad firmandam iurisdictionem delegati, ut ipsemet Sanchez num. 10. fatetur. Sed cum aliquid expostulatur pro forma, non impietur per aequipollens: ut tradit Gutierrez canon. 99. lib. 2. tom. 2. cap. 15. à num. 112. cum seq. Bart. in l. nemi, C. de advocatis divers. iudic. lalon in l. si procurator, C. de procuratorib. n. 2. confirmat Beronius in cap. cum sit Romana, de appellacionib. n. 78. Denique pla subdelegatio non potest dici aequivalere citationi, eo quod fiat praesentibus partibus; siquidem partes citandae sunt denuo, ut ipse subdelegatus possit in causa procedere.

7. Quarto dubitatur, an per rescripti praesentationem desinat res esse integra, & firmetur iurisdictione?

Respondeo cum Sanchez lib. 8. disp. 28. num. 19. & aliis ab eo rearis, nullo modo firmari iurisdictionem; quia acceptans rescriptum, non illo vitatur, sed potius se dispent ad vrendum, ut manifestè constat ex cap. is qui, de procurator. in c. ibi, post mandatum su ceptum, etiam si eo vfu non fuerit. At rescriptum firmari non potest, nisi aliquem illius vtu habueris. Ergo.

8. Quintò dubitatur quando multae causae distinctae tibi in vno rescripto delegantur, vel circa vnam, vel circa diuersas personas, & vnam citationem facis, an eo ipso incepta sit quoad omnes iurisdictione?

Respondeo breuiter, si citatio illa communis fuit, eo quod citaretis vniuersaliter, ut compareant coram te partes interellectes, tunc clauum est circa omnes causas firmatam esse iurisdictionem, quia omnes illas causas citatio comprehendit; ac proinde verum est esse illarum omnium citationem factam: si verò circa vnam tantum causam citatio facta sit, etsi non desinat Doctores, qui affirmant perpetuati iurisdictionem quoad omnes, eo quod vfu sit rescripto tibi concessa, & iurisdictione data per illud. Nam esto sit citatio de vna tantum causa, videtur sufficiens ad verificandum absolutum vsum illius rescripti. At probabilis censio non perpetuati iurisdictionem, quoad reliquas, sed solum quoad illam, de qua fuit citatio facta. Quia illud rescriptum, etsi materia iter vnicum sit; ac formaliter multiplex est iuxta multipliciter causam, seu personarum, quae in illo rescripto continentur: ac proinde ex vfu illius rescripti circa vnam causam, non videtur probari vfu absolutum quoad reliquas. Et confirmari potest ex l. scire debemus, in princip. ff. de verborum obligat. vbi statuitur multiplicari stipulationes ad multipliciter rerum specialiter designatarum, secus verò, si nulla specialiter designentur, etiam si plures sub vniuersalitate comprehendat: & ita tenet Bart. in l. more, n. 14. ff. de iurisdic. omnium iudic. Imola cap. pastoralis, §. quoniam, num. 9. de rescriptis. Sanchez alios referens lib. 8. disp. 28. n. 25. Molin. tract. 5. de iurisdic. disp. 19. num. 4. Excipe, nisi vna causa sit alteri annexa: nam tunc ex citatione illius perpetuatur in altera annexa iurisdictione ob connexionem, ex l. fin. C. de duobus reis, & tradit Panorm. cap. licet, de off. deleg. num. 5. Molin. supra Sanchez n. 22.

9. Sextò dubitatur, si constituaris iudex delegatus ad vniuersaliter aliquam causam, an tunc citatione facta circa vnam causam, cepta sit iurisdictione circa omnes?

Affirmat Sanchez referens plures num. 27. & Molin. disp. illa 19. num. 4. Monetatur, quia tunc est vnicia commissio vniuersaliter plures causas comprehendens. Ergo vtendo iurisdictione circa vnam causam, censetur vti illa circa omnes; cum enim in rescripto, & commissione facta, nulla causa specialiter designetur, efficitur iam quando aliquam causam specialem iudicatur, illam iudicare ex iurisdictione tibi vniuersaliter tradita; ac proinde iam firmas iurisdictionem communem.

Sed obijcies, ex citatione, & contestatione litis circa vnam causam, non inferatur citationem esse factam circa aliam. Ergo neque negotium quasi ceptum circa illam; ergo neque firmatam iurisdictionem respectu illius, item partem referre videtur

DE
ASTRO
DALAC
TOM.
C. I. I.

detur ad rem moralem causas singulariter esse positas in scripto, vel vniuersaliter esse datam commissionem respectu illatum. Tum quia iurisdictione in vtraque delegatione per modum vniuersalis datur, & potest esse eque vniuersalis: siquidem possunt enumerari omnes causas, quae contigerunt in anno in tali territorio, respectu cuius constituitur iudex delegatus vniuersalis. Tum etiam, quia in *l. quid tamen, in princ. ff. de arbitris, pura compromissa* reputantur, si compromissum plures causas comprehendat?

Respondet ex citatione circa vnam causam non inferri esse citationem factam circa alias: ac inferri te vnum esse iurisdictione quam habes circa illas; quia est eadem iurisdictione omnium. Ad confirmationem nōgo parum refert ad perpetuandam iurisdictionem circa omnes causas esse commissionem per modum vniuersalis, vel plarium; siquidem quando nominantur causae, non est vniuersalis, sed plures formaliter commissiones: ac quando causae non nominantur, etiam aequaliter sunt plures commissiones, formaliter tamen vniuersalis est, & consequenter incepta iurisdictione ratione vniuersalis causae, circa omnes censetur incepta. Ad legem *quid tamen, respondet optimè Decius in cap. pastoralis §. quoniam num. 19, de rescriptis*, reputari, inquam, plura compromissa non verè proprie, sed virtualiter. Quapropter tertius non dicit absolute esse plura compromissa, sed quasi plura denotans solum virtualiter esse plura.

Aduertit tamen eum Molin. *illa disp. 19. num. 4.* si tibi aliquid minus delegerit, cuius exercitium citatione non indiget, quale reputari solet. minus visitandi pronuntiam aliquam religiosorum; tunc prima muneris illius executione circa aliquid eorum. ad quae id minus se extendit dicitur iurisdictione incepta, quia non habet alium modum inceptionis.

Et ex his deducitur, quando rescripta gratiae dicantur esse in statu integro, & quando in statu inceptiois; cum enim in his rescriptis non habeat locum citatio iudicialis, sed loco illius succedat vocati partem, cum qua est dispensandum, eo ipso, quo authoritate illam voces censetur iurisdictione incepta. Item si mandes informationem fieri de veritate precum, quia iam est vniuersalis auctoritatis rescripti. Nullo tamen modo per praesentationem rescripti censetur rem inceptam esse, quia praesentatio rescripti non est vniuersalis iurisdictionis per illud censetur, sed est dispositio ad illius vsum, sic Felin. *cap. pastoralis, §. quoniam, n. 3, de rescriptis*. Sanchez *lib. 8. de dispensationibus, disp. 28. num. 20.*

Sed quid si rescriptum plures personas contineat, censetur vniuersale esse dispensatione vniuersalis incepta, quoad alias?

Respondet iuxta superius dicta censeri, si vocati communiter omnes, vel aliquem alium actum communem omnibus fecerit; secus verò si totum negotium circa vnam personam actum est, & rescriptum plures personas contineat, sic relato Felin. Angel. Syluest. & aliis docet Sanchez *num. 29.*

§. II.

Quando dicatur gratia facta, quando facienda.

- 1 Sumitur decisio ex cap. si cui, de prebend. in 6.
- 2 Obstat Suarez.
- 3 Defenditur, vt probabilior modus dicendi Sanchez. Et rationibus contrariis fit satis.
- 4 Limitatur doctrina, vt procedat de facultate, & mandato providendi certa persona, & de certo beneficio.
- 5 Neque intelligitur gratia facta, quousque acceptata sit.

VT videamus, quando rescripta gratiae permanent morte concedentis, praesupponendum est, quando dicantur habere rationem gratiae factae, quando faciendae.

Resolutionem huius facultatis colligit DD. ex cap. si cui, de prebend. in 6. vbi deciditur facultatem alicui concessam providendi personas, idoneas de beneficiis vacaturis esse factam gratiam; quia cum providendae personae non nominentur, tunc gratia videtur esse illius, cui conceditur facultas, ac proinde non expirat morte concedentis; secus verò si super provisione certa personae faciendae, sit data potestas eidem non ob suam, sed eius, cui provideri mandatur, gratiam, vel fauorem: illa quidem expirat omnino, si concedens re integra moriatur. Quia illa facultas non censetur gratia illius, qui de beneficiis providere debet, quia non datur ei libera facultas providendi, quia non vultur, vel de beneficiis, quae vultur potius censetur gratia illius, qui providendus est, quia in eius utilitatem, & commodum dedit, quae cum non reputatur facta, sed faciendae, ea de causa perit morte concedentis, & non potest, circa eam extum obstat Sanchez *lib. 8. de dispensationibus, num. 87.* illam facultatem, quae tibi datur de provisione certa personae in aliquo beneficio, vel de absolute, aut dispensatione aliqua faciendae in fauorem eius, qui providendus, aut dispensandus est, esse gratiam faciendam, si liberè vii possis illa facultate; ac si tenearis ex praescripto & mandato (inquit) illam gratiam praestare, etiam gratia facta: probat, quia in priori casu gemini est ius

quasitum per illas litteras non dispensatur, quia in eius fauorem illa facultas non conceditur, vt suppono, non dispensando, quia relinquuntur arbitrio dispensantis, velit ne dispensent. Ego non habet ius ad dispensationem, ac proinde non est gratia ei facta: ac si minister necessarius sis, iam censetur gratia facta dispensando, & solum exigitur tunc executio, quam negare non potes.

Sed aduersus hunc modum dicendi insurgit Suarez *lib. 4. de leg. c. 21. n. 13.* quia esse ministrum necessarium, seu obligationem, potius videtur obstat gratiae factae, quam illam statueret, nam illa necessitas transit in mandatum: mandatum autem perit morte mandantis re integra: ex cap. gratum, cap. relatum, de off. deleg. & l. mandatum, C. mandati. Et confirmat, quia difficile creditur esse, vt licentia data Sacerdoti ad te absolvendum in tui fauorem sit gratia faciendae, & pereat, si nullum Sacerdoti praescriptum de tali confessione audientia imponatur, & sit gratia facta, & duret, si praescriptum imponatur, cum praescriptum pereat morte mandantis. Propter haec Suarez *num. 18.* censet spectandum esse, ad quem rescriptum directè referatur. Nam si dispensatur referatur directè, vt te à peccatis absoluat, vel tecum dispense, etiam si in fauorem tui datum illi sit rescriptum; affirmat non esse gratiam tibi factam, sed faciendam, quia per tale rescriptum solum videtur tibi paratum esse causam, quae gratiam illam debet conferre. Ac si rescriptum ad te referatur, vt ratione illius eligas Confessorem, qui tecum dispense, vel absoluat, vel de beneficio provideat, gratia censetur tibi facta, siue Confessor teneatur dispensare, absolue, & provideat, siue non; quia illa facultas tibi per rescriptum concessa, est quasi dispensatio facta in te. Et idem tenet noster Molin. *tract. 5. de iust. disp. 20. num. 4.* D. Sahagun de Villafra. in cap. relatum, de off. deleg. n. 14.

Ceterum retinendus est, vt probabilior, modus dicendi Sanchez, quem sequitur Nicol. Garc. *6. p. de benef. cap. 2. §. 3. à num. 304.* Non enim attendendum est, ad quem rescriptum gratiae referatur, sed cui gratia in effectu fiat: in effectu autem sit gratia dispensando, siue rescriptum referatur ad dispensantem, siue ad dispensandum, cum in fauorem solum dispensandum sit. Quid enim tua interest dari huiusmodi licentiam, & mandatum te absolventi, & dispensandi, & in tui fauorem, si volueris ad illum accedere, & elegeris in Confessorem, quam dare tibi potestatem eligendi illum in Confessorem, qui tecum dispense, &c. Imò, si bene adueris, in vtroque casu datur potestas Sacerdoti ad tuam electionem. Ergo si in vno casu est gratia facta, in vtroque esse debet esse. Quocirca existimo non solum rescriptam, in quo tibi conceditur beneficium primo vacaturum, esse gratiam factam, si mandatum ordinario vt te provideat, sed etiam si contra dirigitur mandatum ad ordinarium, vt te de primo beneficio vacaturo provideat, quia in vtroque casu non tam ordinarius tibi confert gratiam quam exequitur gratiam à Pontifice factam. Neque obstant rationes adductae pro modo dicendi Suarez. Fatetur enim mandatum expirare morte mandantis, & minuit gratiam, si sitet illi, cui imponitur mandatum: ac cum gratia non fiat ei, sed alteri, & vt firmitatem habeat, imponitur executio mandatum, mandatum non minuit gratiam, sed potius augeat. Neque difficile creditur esse facultatem in tui fauorem Sacerdoti concessam ad te absolvendum impositio praescripto de excipienda tua confessione esse gratiam factam tibi; secus verò si nullum sit illi praescriptum impositum, quia quando nullum est praescriptum impositum, non habes ius ad illum cogendum, vt tuam confessionem excipiat; secus verò posito praescripto.

Supradictam doctrinam, limitant Rota. Cigas, Mandos, Grassis, & alij, quos refert, & sequitur Nicol. Garc. *6. p. de benef. cap. 2. §. 3. n. 301.* & docet Molin. *tract. 5. disp. 20. n. 2. circa fin. vt intelligatur de facultate, & mandato providendi certa personae de certo beneficio.* Et idem est de facultate cum aliquo dispensandi in re certa, & determinata: alias dicunt non esse gratiam factam, sed faciendam; quia cum non determinetur, in quo gratia fiat, non potest dici facta, sed faciendae, & videtur probari ex supradicto cap. si cui nulla, vers. secus, vbi non censetur gratia providendi facta, potestas data alicui super eius provisione, quia non determinatur, cuiusnam beneficii debeat esse provisio. Neque obstat, quod Heronyn. Paulus in *pract. Cancell. vers. praesentissime Doctor, & Rebuff. in concord. rubr. de mandatis Apostolicis, §. 1. verbo fuit purificatus.* Gutierrez *lib. 2. canon. q. 9. cap. 17. n. 5.* Thomas Sanchez alios referens *illa disp. 28. n. 87.* excludit hanc limitationem, & affirmat supradictum extum si cui debere intelligi de facultate simplici absolute mandato providendi certam personam de beneficio suo certo, siue in certo, & quia vt bene aduerit Nicol. Garcia *n. 301.* violatur illa interpretatio licetia textus: siquidem ibi dicit mandatum.

Secundo limitari non potest vt non intelligatur gratia facta, quousque acceptata sit ab eo, cui gratia fit, quia haec est quaedam donatio, qua non censetur facta, quousque interueniat donatarii acceptatio, sic docet Bonacina *disp. 1. quaest. 3. punct. 8.*

pariter, §. 1. Ceterum scienda est hæc limitatio, & affit-

§. III.

An rescriptum iustitiæ, seu iurisdictione delegata expiret finita iurisdictione in delegante.

- 1 Si res delegata integra sit, perit præscriptam iustitiæ, & iurisdictione delegata, si non sit integra. Quo procedit, tamen si delegatus ignoret iurisdictionem delegantis expirasse.
2 Quid si ignorantia populi comitatur.
3 Extenditur doctrina, etiam si sit delegatus à Principe: & etiam si dixerit delegans, quovisq; renocauero, imò etiam si partes consentiant.
4 Quid si delegatus aliquem subdelegavit, peribit ne iurisdictione in subdelegato morte delegantis, si superest primus delegans? Proponitur triplex sententia.
5 Eliguntur secunda sententia, ut probabilior expirare iurisdictionem in subdelegato.
6 Quid si primus delegans moriatur, postquam subdelegatus vni incepit iurisdictione? Sub distinctione respondentur.
7 Apponuntur aliqua declarationes superioris doctrinæ.

1 Si res delegata integra sit, perit præscriptam iustitiæ, & iurisdictione delegata, si non sit integra: decisio est expressa in cap. gratum, cap. relatum, cap. licet vndique, de off. deleg. c. 1. §. 1. de off. delegat. c. si nullus, de prob. in 6. §. 1. & quia, §. de iurisdictione iudic. l. 2. §. 1. r. 4. par. 3. Ratio est, quia cetero delegatus iurisdictionem acquirit per rescriptum, non radicatur in illo, quousque illa vii coepit, neque quando illa incepit vii, vniar vi iurisdictione sibi propria, sed vt quid delegantis, quod satis constat ex cap. quamvis, de officio delegati, in 6. §. 1. cum iurisdictione, ex quo ipse usus non extitit, non censetur in eum efficaciter transisse. Ergo peruenit iurisdictione perit iurisdictione delegata, si res sit integra. Dubitant tamen aliqui, an pereat ipso iure, an ope exceptionis. Sed tenendum est ipso iure cessare. Tam quia textus, & ratio allegata id probat, & in officio conferuatorum expresse deciditur in c. hæc constitutions, vers. officium, de officio delegati, in 6. Quod adeo verum, est vt etiam si delegatus ignoret iurisdictionem in delegante expirasse, & ex hac ignorantia citationem faciat, & sententiam pronuntiet, citatio & sententia nullam vim habeant: sic Couart. quest. pract. cap. 11. num. 1. & restatur esse omnium Marana de ordin. iudic. l. 4. par. 1. §. 1. r. 1. an sit iudicium ordinarium. Gregorius Lopez l. 2. r. 4. par. 3. glossa 1. in fine. Panormitanus cap. gratum, de officio delegati, in 6. Molin. tract. 5. disp. 19. n. 2. vbi restatur esse commune.

2 Quod intelligendum est, dummodo ignorantiam delegati, non comitetur ignorantia populi. Nam si adest communis error, & ignorantia cessat iurisdictionis in delegante, sufficit, vt gesta per ipsum delegatum valeant, vt multis relatis docet doctissimus Thomas Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 22. num. 59, Molin. disp. 21. n. 2. Basilius de Leon optimè lib. 5. de matr. c. 24. numero 2. Aduerto tamen per citationem, aut contestationem litis illo tempore factam non firmari iurisdictionem in delegato, quia firmari non potest iurisdictione, quæ iam non est; delegatus enim nullam ex rescripto habet iurisdictionem, solum enim illam habet ex communi errore vulgi in ordine ad validitatem actuum, quos fecerit ob commune utilitatem, ex l. Barbarius, ff. de officio prætor. & tradit plures referens Richardus, §. sed cum aliquis, in lit. de testam. num. 10. & Basilius de Leon, lib. 5. cap. 24. n. 4.

3 Extenditur autem supradicta doctrina, siue delegatus sit à Principe, siue sit ad vniuersitatem causarum; semper enim perit iurisdictione, petente delegante, quia ratio facta, & textus allegati id probant, vt bene tradit Matana de ordin. iudic. 4. p. 1. §. 1. in iudicium sit ordin. vniar, vel ad gratum, n. 61. Sanchez lib. 3. disp. 28. de matrim. n. 33. & 34. Basilius de Leon lib. 5. de matr. c. 13. n. 11. & 6. & alij ab eisdem relati. Secundo extenditur, etiam si dixerit, quovisq; renocauero habere hanc potestatem; cessat enim in te delegato, morte delegantis, si res sit integra, secus vero: si vii coepit iurisdictione. Sanchez supra n. 54. At si tibi commissa est facultas, & rescriptum iustitiæ ad beneplacitum concedentis; cessat etiam si illo vii coepit, quia desinit conditio, scilicet voluntas concedentis, sub qua fuit iurisdictione concessa, vt ipsemet Sanchez notat. Tertio extenditur petre iurisdictionem delegati; etiam si partes consentiant, quia partes non dant iurisdictionem, neque possunt protogate iam

extinctam; ad summam enim possunt in illum consensere, tanquam in arbitrum, constat ex l. priuato, C. de iurisdictione ibi, sanè si partes actis ab hoc legato (scilicet, qui iam priuatus est) consentiant, valebunt illa non in vim iurisdictione, sed contractus, & tradit innumeros referens Thom. Sanchez disp. 28. numero 41. Moral. com. 2. in præiud. n. 98. Basilius de Leon lib. 5. de matrim. cap. 23. n. 17.

4 Sed quid si delegatus aliquem subdelegauit, expirauit ne iurisdictione in subdelegato, morte delegati, superest primo ordinario delegante, si res sit tam in subdelegato, quam in delegato integra? Quadruplex sententia referunt à Sanchez illa disput. 28. num. 36, & omnes sentit esse probabiles. Prima affirmat, non expirare iurisdictionem in subdelegato, quia iurisdictione in primo delegante non expirauit, & in illo specialiter debet radicari iurisdictione in subdelegato. Secunda censet expirare iurisdictionem, quia non fuit in subdelegatum efficaciter transmissa: siquidem illa vii non coepit ac proinde manet penes delegatum. Ergo petente in illo, perit in subdelegato. Tertia distinguit, si subdelegatio facta est in totum, scilicet committendo omnes vias suas, tunc censet non petire in subdelegato; secus vero si solum partem delegationis commiserit, qui committendo omnem causam, abdicauit à se iurisdictionem, ac proinde radicatur in primo delegante; secus vero committendo partem, ex cap. super questionem, §. porò, de off. deleg. Quarta sententia, cui ipse Sanchez vt probabiliori adheret, sentit, si delegatus subdelegauit ex commissione sibi facta à primo delegante, non petire iurisdictionem in subdelegato, morte delegati: siu petente primo ordinario delegante, siue commiserit partem causæ, siue totam causam; quia tunc subdelegatus non videtur esse substitutus delegati, sed primi ordinarii delegantis: at si nomine proprio subdelegauit, sine specialia commissione, censet petire iurisdictionem in subdelegato.

5 Inter has sententias, quæ verè probabiles sunt, mihi magis placet secunda, scilicet expirare omnino iurisdictionem in subdelegato, quam tenuit Anchar. in cap. licet vndique, de off. delegati, quest. 5. Molin. tract. 5. disp. 22. vers. sic prior modo. Moueor ratione pro illa sententia adducta, quia dum subdelegatus vii non coepit iurisdictione sibi commissa à delegante, non fuit in illo radicata iurisdictione; sed penes delegatum delegantem manet, ita vt pro libro possit subdelegationem renocare, vel causam reassumere, si subdelegatus moriatur, vt habetur expresse cap. quomuis, de off. deleg. in 6. Ergo si petat delegati iurisdictione, peribit & subdelegati, quæ alia non est, & hoc siue nomine proprio, siue ex commissione expressa ordinarij subdelegauerit; quia hæc commissio impertinens esse videtur ad perpetuandam iurisdictionem, si aliunde ab ipso iure habeat delegatus eam facultatem subdelegandi, quam ab speciali commissione recipit. Solum excipio, si ordinarius dixerit, ex nunc illi deogo, cui tu delegatus vias commiseris; tunc enim ipsemet ordinarius subdelegare, vel potius delegare intelligitur, & ille signatus non tam est subdelegatus, quam delegatus, ac proinde iuxta regulas delegati metienda est eius iurisdictione, & tradit alios referens Basilius de Leon libro 5. de matrim. cap. 26. à numero 14. sed præcipue numero 16.

6 Quid si primus delegans moriatur, postquam subdelegatus vii incepit iurisdictione sibi commissa, sed antequam delegatus illa vii fuerit?

Respondeo, si delegatio fuit absoluta, neque aliquam iurisdictionem in causa sibi delegatus reseruaui, tunc perseverat iurisdictione in subdelegato. Ratio est manifesta, quia per vim iurisdictionis radicata fuit in subdelegato iurisdictione, & consequenter facta fuit independens à primo delegante, & à delegato, & videtur colligi argumento à contrario ex cap. si subdelegato, & de off. deleg. in 6. sed clarè deciditur in cap. si delegatus, eodem titulo in 6. ibi, nam talis commissio, per quam censetur etiam sententia reuocari committi, neququam morte committentis expirat, ex quo res integra non existit, & tradit alios referens Sanchez lib. 3. disp. 28. n. 37. Molin. tract. 5. disp. 21. n. 4. At si subdelegatio non fuit absoluta, sed sub hac forma vique ad beneplacitum meum, vel quovisq; ego voluerò, aut fuerit mea voluntas, tunc morte delegati expirare iurisdictione in subdelegato, etiam te non integra, quia desinit conditio subdelegationis; constat ex cap. si auctore de rescript. in 6. & affirmat gloss. in cap. si delegatus, de officio delegati, in 6. & tradit Molin. supra, & est commune.

Quod si delegatus vii coepit iurisdictione commissa, antequam subdelegauerit, & subdelegatione facta, priusquam subdelegatus subdelegatione vii fuerit, moriatur primus delegans, non obstat extinguitur iurisdictione in subdelegato, sed illa vii potest, quia illam non habet à primo delegante, sed à delegato, cuius iurisdictione si mata fuit in delegato per vim illius: sic colligitur ex cap. si delegatus, tradit Sanchez alios referens num. 38.

7 Quadrupliciter temperatur supradicta doctrina de cessatione iurisdictionis delegata morte delegantis te integra, à Sanchez lib. 3. disp. 28. n. 42. 43. & 44. Primo vt intelligatur, quando datur noua potestas per delegationem. Nam si solum morte

exerciatur

DE ASTRONOMIA

excitatur per commissionem potestas antea habita, non peribit morte delegatis, & bene, quia non habet ex delegatione potestatem, sed solum mandatum exercendi iurisdictionem, quam habet. Ergo solum mandatum peribit, & non iurisdictione. Secundo temperat, nisi iurisdictione delegata sit accessoria gratiae iam factae. cum enim, ut postea dicemus, non perat gratia facta, morte concedentis, neque iurisdictione data ad illius executionem petire potest: tum, quia accessorium sequitur naturam principalis: tum, quia gratia redderet inutilis, si simul cum illa non concederetur potestas, quae accessoria est ad illius executionem. Tandem quia ita deciditur in *c. si super gratia, de off. deleg. in 6.* Tertio temperat, nisi ea potestas delegata, commissa sit nomine dignitatis: nam cum haec semper permaneat, & iurisdictione ab illa concessa semper permanere debet. Quando autem intelligitur facultas data nomine dignitatis, quando nempe personae, ex supradictis constat, & ex dicendis statim amplius elucidabitur. Adde si delegatus lege aliqua constitutus sit, perseverat delegatio, quando lex perseverat, sic Molin. tom. 5. de iustis, disp. 19. n. 5. fin. cum Panorm. & aliis in *c. in fratribus, de off. ordin.* Ex qua doctrina infero Molin. ut quotiescumque in Concilio Tridentum alibi Episcopis committitur, ut procedant tanquam Sedis Apostolicae delegati, etiamsi nunquam processerint, quia casus non occurrat, poterunt mortuo Pontifice conduttore illius canonis procedere, quia lex perseverat, & consequenter iurisdictione data per illum. Quarto imperari potest in delegatis ad res fidei cognoscendas, cuius iurisdictione non perit morte concedentis re integra ob favorem fidei & religionis: habet expressè *c. ne aliqui, de heret. in 6.* & tradit Decius *c. pastoralis, §. quoniam, n. 18. de rescripte, l. on l. more, n. 6. §. ff. de iurisdict. omnium iudic. Sanchez lib. 8. de matr. disp. 28. n. 27.*

§. IV.

An rescriptum gratiae absolute concessum expiret finita iurisdictione concedentis.

- 1 Si gratia facta sit non expirat, secus si sit facienda.
- 2 Licentiam tibi datam in favorem penitentium ad audiendum illorum confessiones, qui affirmant perire morte concedentis.
- 3 Probabilis est oppositum, & sit satis contraria rationi.
- 4 Quod si indultum sit de absolutione faciendae alicuius certa persona, communis sententia docet perire morte concedentis re integra.
- 5 Non videtur carere probabilitate oppositum, tamen si in praxi non consulendum.
- 6 Satis sit rationi communis sententia.
- 7 Quid facultate tibi concessa eligendi Confessorem? Resolvitur non perire.
- 8 Idem procedit in dispensationibus, qua committuntur ordinariis, si preces veritatis nitantur.
- 9 Quid de mandato, ut providearis in aliquo beneficio vacante? Qui censentur expirare.
- 10 Probabilis est oppositum.
- 11 Idem dicendum de facultate, & licentia testandi Episcopis concessa.
- 12 Item de facultate à Rege concessa instituendi minoratum.
- 13 Dupliciter gratia, & privilegium concedi potest. Primum cum aliqua limitatione. Secundum absolute, si privilegium, & gratia absolute concedantur.

Regula communis est, & omnino certa, si gratia facta sit, non expirat finita iurisdictione concedentis; secus vero si sit facienda: colligitur ex *cap. si cui nulla, de praebend. in 6.* & tradunt ex supradictis textibus praecipue ex *cap. si cui nulla, gloss. ibi, nos ab. 1. Archid. ad finem, vers. secus faciendae.* Decius in *cap. relatum, de offic. deleg. n. 3. & in nova edit. num. 21. Nauarr. c. 27. n. 253. vers. 9. & lib. 1. consil. in 2. edit. tit. de off. de leg. consil. 2. n. 1. Gutierrez, lib. 1. canonic. 29. cap. 1. n. 24. & lib. 2. cap. 17. à prin. Molin. lib. 2. de primog. cap. 7. n. 63. Rebuff. in *pract. tit. de gratia, 2. §. rationi congruit.* Thom. Sanchez. lib. 8. de matr. disp. 28. n. 64. Suarez lib. 8. de leg. cap. 31. numero 1. & alij plures ab eisdem relati. Quando autem sit gratia facta, quando facienda, iam supra diximus. Sed ut res clarius fiat, ad aliquos casus, in quibus potest esse aliqua difficultas, deveniamus.*

1. Primus est de licentia, & facultate tibi data à Pontifice, Episcopo, vel parochia audiendi confessiones in favorem penitentium, an perat morte concedentis, finita eius iurisdictione? Petire affirmat Philius, de off. Sacerdot. tom. 1. part. 2. lib. 1. c. 24. ad finem, de licentia data per Episcopum, seu alium Papa inferiorum, docet Nauarr. *summ. Hispan. cap. 27. numero 264. D. Antonin. 3. p. tit. 17. cap. 9. fin. V. Golin. de off. Episc. cap. 36. §. 10. num. 3. & alij in cap. 26. §. 21. num. 21. & de licentia data à parochia alteri Sacerdoti, docet noster Molin. *tit. 5. de iustis. disp. 20. n. 5.**

Præcipuum fundamentum est, quia iurisdictione delegata perit morte concedentis, si res fuerit integra, quia non radicatur in delegato, sed manet penes delegantem, quoque delegatus ea vi ceperit. Ergo similiter haec iurisdictione ad audiendas confessiones, ad dispensationes faciendas, peribit concedentis morte; siquidem est iurisdictione delegata. Item haec facultas semper videtur data in gratiam penitentium, sed illi non est gratia facta, sed facienda. Ergo perit morte concedentis.

3. Ceterum longè probabilis est licentiam concessam Sacerdoti, audiendi confessiones penitentium, per Pontificem, vel Episcopum, vel parochum, non petire morte concedentis. Quia est gratia, & favor factus, praecipue ipsi Sacerdoti, potius quam penitentibus, cum non sint expressi & nominati, & ad ipsorum petitionem: gratia autem facta non perit concedentis morte, ut diximus, Ergo. Et ita tenet Thomas Sanchez *illa disput. 28. numero 72. Nicol. Garcia 6. p. de ben. se. cap. 2. n. 321. Salas de legib. disput. 20. sect. 17. vers. dico sex d. Suarez lib. 8. cap. 31. num. 3. & 32. n. 9. Egid. de Goninich. disp. 8. dub. 10. n. 72. Saa verbo gratia, num. 4. Basil. de Leon lib. 8. de matr. cap. 19. §. 1. n. 2. & alij plures, quos ipsi referunt. Et licet aliqui ex illis solum in generali de licentia concessa loquantur; alij vero expressè dicunt, etiamsi à parochia concessa fuerit, non perire; quia nulla est in hoc ratio differentiae. Ex ipsi gratia, de privilegiis, & gratiis Pontificum iura loquuntur. non quia ad sola privilegia Pontificis sit limitandum, sic Nicol. Garcia, Bassilius, & Gidius, Sanchez *supra*, Suarez *cap. 32. n. 9.**

Neque obstat fundamentum contrarium. Facemur iurisdictionem delegatam, si sit in materia iustitiae, perire morte concedentis, quia ita deciditur in *cap. gratum, cap. 2. latum, cap. 1. et de off. deleg. at cum in materia gratiae nihil determinetur, non debet morte concedentis perire. Adde in materia iustitiae totam iurisdictionem delegatam ceteri factam in favorem, eorum qui iudicandi sunt non in favorem ipsius iudicis; secus vero in delegatione gratiosa.*

Ad confirmationem respondeo non solum in gratiam penitentium, sed Confessoris datam esse, quando petitor non determinatur.

4. Secundus casus est, si detur tibi indultum, ut absolvas aliquas determinatas personas, vel cum illis dispenses ob illatum favorem: tunc si res integra sit, expirat morte concedentis; Sanchez libro 8. *disp. 28. n. 73.* ex communis sententia licet expirat, consentit Garcia 6. p. cap. 2. num. 327. Boracina *disp. 11. qu. 3. p. 8. §. 1. n. 25.* Moutenur, quia tunc est gratia facienda, & non facta, quae expirat morte concedentis re integra ex *cap. si cui nulla, de praebend. in 6.*

5. Fateor hanc esse communem sententiam, & in praxi consulendam; at reposito satis probabile, & securum in conscientia tibi indultum non perire; cetero enim potestatem tibi datam ad dispensandum, vel absolvendum, non solum esse gratiam illius, cui est absolutio, vel dispensatio concedenda, sed etiam tui, siquidem tu ut magis idoneus electus es ad illam dispensationem concedendam: & ita tenet Emmanuel Saa *verbo dispensatio, num. 6.* in editione genuina, & reformata, & indicat *verbo gratia, num. 4.* Salas illum referens *disput. 20. sect. 17. fine*, & in potestate ad absolvendum probabilis censet Suarez *cap. 31. num. 18. ad finem*, inclinat maxime, & securum reputat Bassilius de Leon libro 8. de *dispensat. cap. 19. §. 1. num. 5. & n. 8.* absolute eam tener.

6. Neque obstat textus in *cap. si cui nulla, de praebend. in 6.* ibi enim solum dicitur, facultatem concessam alicui super provisione certae personae facienda expirare, si non ob suam, sed eius, cui providendi mandatur, gratiam, & favorem sit concessa: quare si non solum ob gratiam eius, cui providendi mandatur, sed etiam ob provisorum facultas concedatur, gratia non expirat. At cum facultas absolvendi, & dispensandi videatur, non solum in favorem dispensandi, & absolvendi, sed etiam in favorem absolventis, & dispensantis fieri, perseverare dicendum est, quia saltem ex una parte iam est gratia facta, scilicet ex parte dispensantis: & cum haec perseverare non possit, nisi simul perseveret gratia facienda dispensando, vtraque perseverat, ut multis allegatis probat Sanchez libro 8. *disputat. 28. num. 80. & 81.* Adde satis probabile videri, quamlibet facultatem datam alicui ad effectum causandum in alio esse gratiam factam illi, cui data sit talis facultas, etiamsi ex speciali intentione ad alium referatur, ac provide non perire morte concedentis, nisi in his casibus, in quibus ex iure aliud colligitur, qui solum duo sunt. Primus in materia ambitiosa, qualis est beneficalis, ex *ad hoc cap. si cui nulla, & cap. si super gratia, de officio delegat. in 6.* Alius in materia fore contentiosa, ut in *cap. gratum, cap. 2. latum, de officio delegat.* ad quem reducuntur exteri contractus, & negotia humana, & aliae leges quae statuunt mandatum expirat morte mandantis, sic Suarez lib. 8. c. 31. n. 24. & ex illo Basil. de Leon *lib. 8. c. 19. §. 1. n. 5.*

7. Tertius casus est de facultate ibi concessa eligendi Confessorem, siue determinatum, siue indeterminatum, qui à resolutis absolbat, vel tecum dispense: an inquam, haec facultas perat morte concedentis re integra? Et dicendum est nullo modo perire, quia est gratia iam facta tibi, & benefici

beneficium legitime à te possessum, ratione cuius potes Sa-
cerdotem eligere, sic tenet Navarr. c. plebanus, de poenitent. disp. 6.
num. 35 & 161. Henricus summi. lib. 7. cap. 21. §. 6. Suarez 4.
tom. de poenitent. disp. 26. sect. 3. n. 7. & lib. 8. de legib. c. 1. num. 3.
& 19. Sanchez lib. 8. disp. 28. n. 72. & 75. Nicol. Garc. 6. part. de
viva. c. 2. §. 15. Basil. de Leon. lib. 8. c. 19. §. 1. n. 7. & alij, quos
ipji referunt, quamvis contra teneat Angel. Philarcus, Gome-
zius, & alij relati à Garcia numero 316. in licentia concessa per
Episcopum aut alium Papa inferiori. Quae doctrina proce-
dit à fortiori in facultate eligendi Confessorem data per Iobi-
dem, quia huiusmodi facultas est accessoria indulgentiae, seu
facultas lucrandi indulgentiam, quae cum sit gratia iam fa-
cta & morte concedentis non expirat, ut est communis senten-
tia, neque etiam potestas eligendi Confessorem, quae illi est ac-
cessoria. Item in facultate concessa eligendi Confessorem per
Bullam Cruciatæ, constat non expirare morte Pontificis con-
cedentis: tum quia est gratia iam facta Regi, in cuius fau-
orem, pro expeditione belli contra infideles conceditur, tum
quia conceditur pro tempore determinato: sic Sanchez alios
referens num. 78. Basilus de Leon. num. 9. Garcia numero 317.
& 318. Item in facultate recipiendi ordines extra tempora,
vel non feratis interdictis, celebrandi in privato oratorio, co-
municandi carnes diebus prohibitis, & aliis similibus, quia hæc
omnes sunt gratia factæ ipsi, cui tales facultates conceduntur,
et proinde perire non possunt morte concedentis, ut supradicti
Doctores autumant.

8 Quartus est de dispensationibus, quæ committuntur or-
dinaris in preces veritatis nituntur, dicendum inquam est, expediti
posse ab ordinariis, quia est gratia facta ipsi dispensando, etiamsi
res fuerit integra, quando Sedes Apostolica vacaverit, sic Basilus
numero 7. Sanchez numero 87. Garcia numero 312. Molin. traet. 5.
disp. 20. num. 4. Balas disp. 20. sect. 17. num. 115. Suar. lib. 6. de leg.
cap. 17. num. 9.

9 Quintus est, si pro te à Pontifice, vel eius Legato detur
mandatum, ut providearis in aliquo beneficio tunc vacante, an
hæc gratia, & mandatum expirat morte concedentis re integra?
Videtur expirare, quia mandatum morte mandantis expirat, leg.
mandatum, C. mandati. §. si re. de. In. l. eodem. c. 6. gratum, cap.
re. cum, de officio delegati. Item quia text. in casu cui nulla vide-
tur illi decidere siquidem dicitur, si super provisione certæ perso-
næ faciendæ detur potestas alicui, & res fuerit integra, cum con-
cedens moritur, petite gratiam: & ita tradit Staphileus de literis
gratiæ, quibus motu expirare licet ad beneficia, in princip.
num. 1. Zetola 2. p. praxis Episcopalis, verb. de legatus, §. 1.
Th. Sanchez in c. 1. lib. 8. disp. 28. n. 43. 64. & 81. Eman. Rodrig.
qq. reg. tom. 1. q. 9. art. 1.

10 Nihilominus, etsi supradicta sententia sit probabilis, pro-
babilior mihi videtur non perire tale mandatum. Quia eo ipso,
quo de provisione certæ beneficii obtinuit mandatum, acquisisti
hæc ad rem ad supradictam beneficium, quod nisi maxima gratia
reputari debet, ac proinde non cessat morte concedentis re inte-
gra, et cap. si super gratia, de officio deleg. in 6. & tradit Giga de
provisionibus quæst. 91. num. 4. Gutier. lib. 2. can. 99. c. 17. num. 5.
Henricus summi. lib. 14. cap. 17. n. 7. Thom. Sanchez supra. n. 87. Mandol.
reg. to. 3. num. 4. Nicol. Garc. 6. part. de benefic. cap. 2. num. 300.
& alij plures ab eisdem relati, Et ad rationem in contrarium fa-
cile respondetur, expirare quidem mandatum morte mandan-
tis, quando non est gratia factæ annexum; secus vero, si datum
sit pro illius executione. Textus autem in casu cui nulla, loquitur
quando non pro certo beneficio, sed incerto, & posito in
electione mandatarij conceditur mandatum, quia tunc non videtur
gratia facta certa, & determinata, sed faciendæ, vel ex Rota
Giga, Mandol. Rodrig. & alijs docet Garc. 2. 30. vel potest dici
loqui text. quando non datur proprie mandatum, sed solum li-
centia, & facultas, quia tunc non est executor necessarius, sed
voluntarius; ac proinde cessat morte concedentis re integra:
sic ex Hieronymo, Paulo, Rebus, & alijs docet Sanchez num. 87.
95. Adde supradictam doctrinam procedere, etiamsi detur man-
datum de provisione certæ personæ ad certum beneficium cum
certæ cognitione, & citatione partis. Quia semper habet ratio-
nem gratiæ factæ, & executoris potestas accessoria gratiæ repu-
tatur, sic ex Paulo, Rebus, Gutier. Sanchez, num. 88. Garcia n. 303.
Quocirca si tibi sit gratia rescriptum concessum, ratione cuius
assignatur certæ pensio super aliquo beneficio, non expirat
hoc rescriptum morte Pontificis concedentis; sed executor po-
terit ad illius executionem procedere: sic Giga de pensionibus,
q. 91. Gutier. lib. 2. can. 99. c. 17. n. 5. Sanchez n. 88. Garc. num. 310.
si tamen committeretur assignatio pensionis, quæ executori vi-
deatur, tunc in opinione Garcia, Mandolij, Roderici, & aliorum
expirat, quia non censetur gratia facta, siquidem non est de re
certa, & determinata. At in opinione Sanchez quæ satis probabi-
lis videtur, non expirat; quia non est levis gratia habere manda-
tum super provisione incerti beneficii.

11 Sextus est de facultate, & licentia testandi concessa Ep-
iscopis à Papa; quæ cum sit gratia facta, non expirat morte Papæ
concedentis re integra: sic Ioann. Gutier. lib. 2. part. 4. q. 75. noster
Mol. de iust. 1. tom. 2. traet. 4. disp. 2. 41. ad finem. Sanchez lib. 8.
disp. 28. num. 81. Couart. in nova edit. in cap. cum in officio, de

testament. n. 8. Garcia 6. p. de benefic. cap. 2. num. 328. Fachin.
lib. 5. controvers. c. 99. & alij ab eisdem relati. Adde hoc verum
esse, etiamsi licet re expeditæ non fuerint, quia est gratia perfe-
cta eo ipso, quod Pontifex dixit, fiat: sic Sanchez. disp. 29. n. 7.
Gonzalez super reg. 8. cancellar. glossa 17. n. 45. Mol. tom. 3. de
iust. disp. 599. n. 6. Garcia n. 334. Saar verbo gratia, n. 11.

12 Septimus est de facultate data à Rege faciendi maiora-
tum, vel alienandi bona ipsius, & dicendum est non expirare
morte concedentis re integra: & est expressa decisio leg. 43.
Tauri, & leg. 2. vi. lib. 5. noua compilat. & tenent omnes:
quod non solum habet verum, quando licetæ huius facultatis
sint expeditæ, sed etiam licetis non impeditis: ut tradit Garcia
n. 331. Sanchez. disp. 29. n. 7. Gonzalez reg. 8. cancellar. glossa 11.
& n. 45. Mol. de iust. tom. 3. disp. 599. n. 6. Ratio est, quia,
ut supra diximus, gratia, & privilegium non perit ad sui valo-
rem scripturam. Si vero facultas faciendi maiorum concessa
esset à ministris, & Regis consiliariis, dependenter tamen à
Principis subscriptione; quæ tamen subscriptio non esset facta,
quando Princeps moritur; tunc gratia facta à ministris Regis
expirat, neque illa uti poteris ad institutum maiorum, etiam
successore Principe subscriptente: nisi de plenitudine suæ pote-
statis veller concessionem ministrorum supplere; quia tunc
gratia non est perfectè facta, sed potius est in fieri: sic intelli-
gendus est Mol. de primog. lib. 2. c. 7. n. 64. Gutier. lib. 2. part. 4.
q. 74. in princ. & q. 75. n. 2. & lib. 2. canon. 99. c. 17. n. 14. Ma-
rienz. leg. 2. recop. tit. 7. lib. 5. gl. 2. n. 1. sine ibi Azeved. n. 11.
Annot. leg. 43. Tauri, glossa 1. n. 2. & alij qui affirmant facultatem
concessam instituci maiorum literis non expirare à Princi-
pe petite; loquuntur enim non de facultate à Principe, sed ab
ipso minister concessa, quæ est dependens à subscriptione Prin-
cipis, ut rectè explicuit noster Mol. 3. tom. disp. 599. n. 6. Thom.
Sanchez. lib. 8. disp. 29. n. 7. Gonzalez glossa 12. à n. 45. Garcia n. 331.

§. V.

An rescriptum gratiæ pro limitato tempore con-
cessum expirat morte concedentis:

- 1 Non perit, quovisq; tempus finiat.
2 Sed quid si concessum sit sub hac forma, ad annum, ad
meum beneplacitum? Affirmant plures prorogari poss.
annum, si Princeps vivit.
3 Censet oppositum probabilis.
4 Quid de gratia, dum fuerit nostra voluntas, ad beneplaci-
tum nostrum? Probabilis est perire.
5 Non caret probabilitate oppositum.

1 Contingere potest, ut rescriptum gratiosum sit concess-
sum pro aliquo tempore limitato, v. gr. pro tempore
vnius anni; si intra illum annum concedens moriatur, non per-
tit, sed valet, quovisq; annus finiat, & hæc est vna ex ratio-
nibus, quare privilegia Bullæ cruciatæ non pereunt morte con-
cedentis intra illum annum contingente, quia pro duratione
vnius anni fuerunt concessa, & sic sunt gratia facta pro illo anno;
sic Basil. de Leon lib. 8. cap. 19. n. 7. Sanchez disp. 28. n. 50. &
specialiter de Bulla n. 78. Suar. lib. 8. cap. 32. num. 10. Henric.
lib. 7. de indulg. cap. 2. n. 4.

2 Sed quid si dicat Princeps: Concedo tibi licentiam ad
annum, ad meum beneplacitum, peribit ne licentia, si intra an-
num moriatur, vel ultra annum prorogabitur, si Princeps vivit?
Affirmat Sanchez num. 51. prorogari post annum consentit
Henric. lib. 7. de indulgent. cap. 2. n. 4. Anton Gabriel tom. 3.
commun. opin. lib. 6. tit. de pbened. concl. 2. n. 31. Quia illa con-
cessio facit hunc sensum: Concedo tibi licentiam ad annum, &
ulterius ad meum beneplacitum.
3 Ceterum probabilis censet non prorogari post annum
etiamsi vivat concedens. Quia illa verba, ad beneplacitum
meum, non videntur extensiva prioris facultatis, sed po-ius res-
trictiva illius: & facere hunc sensum, ad beneplacitum meum
tibi concedo licentiam per annum: id est, licentiam tibi con-
cessam per annum volo esse dependentem à mea voluntate. Et
confirmatur. Si Princeps concederet licentiam per annum, &
addiderit, nisi reuocauero, clarum est non prorogari ultra annum;
ergo neque cum dicit ad beneplacitum. Præterea quia sensus
ille pro sententia Sanchez allatus extra proprietatem verbo-
rum esse videtur, facit enim duplicem confessionem, scilicet
ad annum, & ulterius ad beneplacitum, cum tamen verba eam
non admittant: non enim est concessio facta per propositionem
hypotheticam, sed categoricam, neque per copulatiuam, sed
per simplicem: & ita tenet Suarez cap. 32. num. 11. & 12. Ex
quo mihi etiam satis probabile videtur, si intra annum mori-
atur concedens perire licentiam sub illis terminis datam, quia
datur per annum ad beneplacitum: & cum beneplacitum pe-
reat, pereunt persona, perit concessio. Possit tamen non incon-
gruè habere hunc sensum supradicta propositio; scilicet con-
cedo tibi licentiam ad beneplacitum meum, id est, ex beneplaci-
to meo, qui sensus non denotat conditionem concessionis, sed
potius

DE
ASTRO
PALAT
TOM.
LIB. 8.

potius causam illius: ac proinde perseverat pro toto anno, etiam mortuo concedente intra illum, sic Suar. *lib. 1. cap. 32. in fine*, & Henric. *c. 1. num. 4.*

4 Quando autem Princeps concedit gratiam, apponendo illam dictionem, *ad beneplacitum meum*, vel quamdiu voluero, aut fuerit nostra voluntas, dubitari potest, an peccat concedentis morte? Et quidem perire probabilis est, quia post mortem neque est voluntas, neque illius velle, nec beneplacitum; ac proinde cessat conditio, sub qua fuit gratia facta: *cap. si gratiosè, de rescriptis, in 6.*

Dices, ergo si non adderentur illa verba, sed absoluta esset concessio, periret gratia, siquidem periret voluntas, & beneplacitum, ex quibus habet gratia efficaciam.

Respondet ex voluntate postius concedentis habere gratiam efficaciam, vt sit, non tamen, vt conferretur; non enim indiget ad sui conseruationem postius voluntate concedentis; solum enim requirit, ne adit contraria voluntas, scilicet reuocatio. At quando sub illis terminis conceditur; tunc indiget postius voluntate conseruatiue, quia sub illa conditione conceditur: quare si hæc absoluta cesset, cessat & gratia: sic docent Sanchez plures referens *disp. 27. n. 52.* Menoch. *lib. 1. de arbitrar. quasi 69. n. 1.* & *sen. Couarr. 3. var. cap. 15. n. 3.* Bilius *lib. 3. cap. 19. §. 1. n. 9.* & *10.* Suarez *lib. 8. de legibus, cap. 32. num. 3.*

5 Addeam tamen existimo, non carere probabilitate ex illis verbis non limitari gratiam ad vitam concedentis, sed protogari post illam, quouique reuocetur; quia videntur in communi loquendi modo æquiualeere illa verba ad beneplacitum meum, illis verbis, donec reuocauero, seu aliter ordinauero, quia dum aliter non ordinatur, semper videtur esse, & peruenire eadem voluntas. Et confirmari potest ex usu, & consuetudine ordinariorum, cum faciunt talem religiosis, & alijs personis concedunt admittendi sacramenta, subiungunt *ferè* semper, se velle, vt illa licentia efficaciam habeat, dum fuerit nostra voluntas: at ex his verbis non reputatur licentia cessare, quouique reuocetur; ergo, & ita tenet Emanuel Saa *verbo gratia, num. 7.* in vtraque editione genuina, & reformata: ibi gratia, in qua dicitur, donec voluero, vel donec aliter ordinauero, vel ad beneplacitum Sedis Apostolicæ, dura mortuo concedente. Ecce qua ratione pro eodem vsurpat illa verba donec voluero, vel donec aliter ordinauero: & in editione genuina subiungit (etiam contra habeatur in reformata) quod si dicat Papa, ad nostrum beneplacitum, expirat eo mortuo quidam putant, alij negant: & remittit se ad id, quod dixerat *verbo delegatus*, vbi in *n. 3.* inquit: Delegatio non expirat delegante excommunicato, aut suspensio, neque ipso mortuo, si est data ad eius beneplacitum.

§. VI.

An rescriptum gratiæ, & iustitiæ morte delegati, vel eius finito officio expirat.

- 1 Delegatio personalis expirat, secus realis.
- 2 Si sub nomine proprio delegatio fiat, regulariter censenda est personalis.
- 3 Si sub nomine dignitatis realis, & ad successores transit.
- 4 Extenditur, siue res integra sit, siue non.
- 5 Item etiam si nudum factum committatur.
- 6 Item esse si consanguineus delegantis.
- 7 Si in commissione exprimitur nomen proprium, & nomen dignitatis, censenda est commissio personalis.
- 8 Apponuntur duæ limitationes: vna approbatur, altera rejicitur.

1 Omnes conueniunt delegationem personalem expirare; locus verò realem. Quando autem commissio sit personalis, quando realis, non est facile explicari; quia contingere potest, esse commissionem personalem, etiam si solum dignitas delegati exprimitur: si in commissione addantur tales circumstantiæ, quæ indicant sufficienter electam esse industriam personæ, vt supra diximus latius, cum de priuilegio reali, & personali loqueremur, videri potest de hac re doctissimus Menochius *lib. 1. de arbitrar. quasi 68. à num. 1. usque ad 25.*

Sed claritatis gratia notandum est tribus modis fieri delegationem posse. Primum expresso nomine delegati tantum, secundò hio tacito expresso tamen officio, & dignitate. Tertio expresso vtroque nomine; & proprio, & dignitate.

2 Dico primò, si commissio nominis proprio fiat v.g. Petri, regulariter censenda est personalis: nisi ex circumstantiis, & subiecta materia aliud manifestè colligatur. Conclusio est ferè omnium Doctorum, quos statim referemus. Et ratio est clara, quia ad iure forem non potest transire, nisi ex voluntate delegantis explicata: cum autem id non explicetur, sed potius signando personam contrarium significauerit, efficitur sane commissionem esse personalem esse vt illius.

3 Dico secundò si commisso sub nomine dignitatis facta sit verbi gratia, Episcopo Salmantino, Decano talis Ecclesiæ, realis, est, & ad successorem in dignitate transit; quia tunc commissio non est facta personæ, ratione illius, sed ratione dignitatis sibi inherenti; & cum hæc perpetua sit, & ad successores transit, statim & commissio habetur expressè *equoniam Abbas, de offic. delegat. ibi, quia sub expressis nominibus locorum, & non personarum commissio emanauit id ita tenet glossa ibi, Abbas numero 8.* Menoch. *lib. 1. q. 68. de arbitrar. n. 21.* Salas *disp. 20. de legib. c. 17. c. nel. 1.* Sanchez *lib. 8. disp. 27. n. 6.* Bonacina *disp. 1. q. 3. p. 8. §. 1. n. 3. versus respondeo secundò.*

4 Extenditur conclusio, siue res integra sit, siue non; quia esse rem integram, vel non esse, non immutat concessionem: & cum hæc dignitati potius, quam personæ facta sit, cum illa transit, sic Panor. *in cap. quoniam Abbas, num. 12.* Menoch. *num. 22.* Sanchez *num. 7.* Salas Bonacina *supra*, & reliqui omnes Doctores; excepto Angelo, vt testatur Menoch. & Sanchez *supra*.

5 Extenditur secundò, vt locum habeat, etiam si solum nudum factum committatur; quia nudum factum minus exigit indultum personæ: ergo facilius potest ad successorem transire. Adde etiam iudicium exercenda committitur, quæ transit ad successores, plures actus ibi committuntur, qui nudum factum respiciunt. Ergo iam commissio nudi facti transire ad successores potest: sic cum Abbate & Deco defertur vt probabilis Menoch. *de lib. 1. quasi 68. um. 23.* Sanchez alios referens. *num. 14.* Bonacina *disp. 1. q. 3. p. 8. §. 1. num. 16.*

6 Extenditur tertio conclusio, vt habeat locum, etiam si ille, cui committitur delegatio sub nomine dignitatis, sit consanguineus, aut amicus delegantis: adhuc censenda est commissio realis, si commissio sit ex illis, quæ solum personam constitutis in dignitate regulatæ sunt, iuxta *cap. status in de rescriptis, in 6.* quia tunc qualitates illæ consanguinitatis, vel amicitia: non principaliter spectantur: at verò si commissiones sint ex illis, quæ nudo ministerio contentæ sunt, tunc præsumptio non leuis est esse commissionem personalem: & ad successores non transit; quia videtur spectata qualitas amicitia: vel consanguinitatis potius, quam dignitatis: sic legatum relictum Archiepiscopo consanguineo, vel amico, præsumitur relictum personæ, non dignitati. *cap. requisitus, de testamentis.* Et idem est si illam in executionem nominis quæ ad executionem testamenti potius amicitia, quam dignitas procedit: sic docet Menoch. *lib. 1. de arbitrar. quasi 68. num. 25.* & adducit pro se lafon in *l. more, num. 65. versus quando limitat. ff. de iur. fidei. omnium iud. Couarr. in rescriptis, de testamento, & glossam in religio suo, in glossa penult. de testam. in 6.* Sanchez *lib. 8. disp. 27. num. 15.* Secus verò dicendum si in Archiepiscopo non esset illa qualitas amicitia, vel consanguinitatis, quia tunc præsumitur legatum ad successorem transire, vt optime probat Menoch. *lib. 4. præsumpt. 121. num. 5.*

7 Dico tertio, si in commissione exprimat nomen proprium delegati, & simul eius dignitas, reputanda est commissio personalis, & non realis, etiam si nomen proprium fuerit postpositum nomini dignitatis: sic docent alios referentes Flamin. *de rescriptis, lib. 1. qu. 11. n. 12.* Salas *disp. 20. de leg. sect. 17. n. 12.* cont. 2. Sanchez *lib. 8. disp. 27. num. 20.* Bonacina *disp. 1. q. 3. p. 8. §. 1. n. 3.* Guierri, *de matr. cap. 15. n. 1. §. 9.* Ratio est, quia nomen personæ in commissione positum restringere videtur vniuersalem significationem pronuntiam esse nomine dignitatis; ac proinde facit, vt solum verba personæ communetur commissio, & non pro omnibus habentibus illam dignitatem: alius si omnibus communicatur, nomen personæ in rescripto positum esset inutile, & confusionem causeret; quod non est dicendum, quia verba in rescripto semper debent habere effectum *et si quando, ff. de legatis 1.*

Dices, etiam nomen dignitatis, inutiliter ponitur; siquidem ratione illius non extenditur rescriptum amplius, quam si solum sub nomine personæ latum esset.

Respondet negando esse inutiliter positum, quia licet nomen dignitatis non deseruiat ad extendendam commissionem, deseruit tamen vt clarior, & euidentior cognoscatur persona, cui est facta commissio: non enim tunc nomen dignitatis gratia disponendi fuit appositum, sed potius gratia demonstrandi cui dispositio concedebatur. At si commissio esset generalis facta omnibus habentibus talem dignitatem, nomen speciale, & proprium vnius personæ in commissione positum ad nihil aliud, nisi ad confusionem posset deseruiere.

8 Limitant plures Doctores hoc esse intelligendum, quando delegatus cognitus erat deleganti; secus verò si illi esset incognitus, quia tunc videtur nomen proprium non esse in consideratione; ac proinde nomen dignitatis, vt potentius, & firmitus præualere: sic docent Barr. in *l. si seruus communis ff. de stipul. serui.* per textum *ibi.* Abbas in *cap. quoniam Abbas, n. 8. de officio del. g.* Berolius *ibi n. 91.* & dicit esse communem Gregor. Lopez. *leg. 47. fin. tit. 18. parti. 3.* Menoch. *de arbitrar. lib. 1. q. 68. num. 16.* & 17. & alij relati à Sanchez *lib. 8. disp. 27. num. 19.* Verum hæc limitatio mihi non probatur: tam quia rationes supra

supra

supradicta in hoc etiam casu militat, scilicet inuoluntate fore appositum tunc nomen personae: tum etiam quia in e. quoniam Abbas, de officio delegati. ubi declaratur quoniam sit commissio realis, dicitur esse in qua sub expressis nominibus locotum & non personatum fit. Ergo à contrario, ubi sub expressis nominibus personatum sit commissio, non realis, sed personalis censenda est: & ita tenet Sanchez, Bonac. Flamin. Salas, & alii supra relati nihil distinguentes.

Secundo limitat Sanchez, Bonac. Salas, & alii supra ut intelligatur commissio esse personalis nisi ex circumstantiis reddeatur, vel damosa alteri, iniusta, vel inutilis, quia semper in casu dubio praesumendum est delegatam non velle suam dispositionem inuoluntate vel inutilem esse.

§. VII.

Quae dignitas successorem habeat.

- 1 Proprietas quatio & distinguuntur dignitates
- 2 Commissiones factae legato non transeunt ad successorem.
- 3 Commissiones factae canonico, qui existimant non transire ad successorem, probabiliter censentur appositum in Ecclesia, ubi est certus numerus canonicorum.
- 4 Iudici synodali facta commissio ad successorem non transit.
- 5 Vicarius Episcopi non habet dignitatem perpetuam.
- 6 De rigore iuris commissiones illi factae non debent ad successorem in officio transire ac transeunt ex consuetudine.
- 7 Nomen vicarii, seu officialis non comprehenditur Episcopus, etiam mortuo, seu remoto ab officio vicario.
- 8 Neque nuptius, seu legatus Apostolicus.
- 9 Neque auditor camerae Apostolicae.
- 10 De vicario capituli sede vacante qui affirmat nomine officialis, & vicarii diocesani intelligi, ac proinde exquiri posse commissiones diocesano factas
- 11 Quid dicendum.
- 12 Sed quid si duo sint officiales principalior eligi debet, si aequè sint principales in gratiosis referentibus quilibet eligi potest in contentiosis varianti Doctores: censentur probabiliter recurrendum esse ad de legantem
- 13 Electio uno officiali in rescriptis pro foro externo, non potest alius adiri, secus in foro poenitentiae.
- 14 Non potest Episcopus ab uno has commissiones auferre & alteri committere, si in officio vicariatus illum teneat.
- 15 Sub nomine vicarii diocesani intelliguntur vicarii palatiorum habentium iurisdictionem, quasi Episcopalem.
- 16 Vicarii foranei non possunt commissiones factas diocesano expedire.

Pro intelligentia superioris doctrinae restat explicare quae dignitas intelligatur successorem habere vt sic commissio facta alicui ratione dignitatis ad successorem illius transeat. Et ratio difficultatis est. Nam commissio facta Vicario Legato à latere, Canonico, & iudici synodali videtur ad successorem transire: cum tamen haec dignitates proprie successorem non habeant.

Ve ergo cum distinctione procedamus.

Primo dicendum est de Legato.

Secundo de Canonico.

Tertio de iudice synodali

Quarto de vicario.

1 Ex primo de legato dicendum est commissiones illi factas etiam sub nomine solius dignitatis, non transire ad successorem in legatione, sed esse personale ac proinde finito eius officio exingui. Ratio est clara quia dignitas Legati successorem non habet quia non est dignitas permanens in Ecclesia, sed ad voluntatem Pontificis constituitur: ac proinde quoties alicui legatio committitur, de nouo creati Legatus dicitur, non succedere praeterito. Quapropter provisiones, & reservationes beneficiorum à Legato factae, si effectum sortitae non sunt, finita legatione expirant: vt habetur in c. praesenti, de officio legati, in 6. & tenet Sanchez alios referens lib. 8. disp. 27. n. 11. Gutierrez de matrim. 125. n. 4. Bonacina disp. 1. q. 3. punct. 8. n. 1. Salas disp. 20. sect. 17. sub numer. 124. versic. ex dictis Gutierrez de matrim. cap. 125. num. 14. Nicol. Garc. de benefic. 6. part. c. 2. n. 34. & alii apud ipsos.

2 Secundo de Canonico dubitari potest, an commissio illi facta, etiam sub nomine solius dignitatis, transeat ad successorem.

Respondet Sanchez aliis relatis lib. 8. disp. 27. num. 12. siue in Ecclesia sit certus numerus Canonicozum, siue non; commissio facta Canonico ad successorem non transit de rigore iuris; quia non habet successorem, bene tamen ex benigna interpretatione voluntatis Pontificis, sicuti de vicario dicimus: consentit Bonacina disputat. 1. q. 3. p. 8. §. 1. num. 14.

At mihi probabilius est, si in Ecclesia sit numerus certus Canonicozum, quorum quilibet habet suum titulum vt in multis Hispaniae Ecclesiis contingit commissio facta Canonico S. Petri, vt sub nomine dignitatis ad successorem transeat. Mouerit Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars I.

quia verè huiusmodi canonicatus est beneficium perpetuum, quod petit successorem, siquidem tenetur Praelatus de illo providere, neque potest diuidere, aut extinguere. Caput autem dilectio, de praebenda, §. praeterea ubi dicitur canonicatum cum Canonico nasci, & desinere cum defuncto, loquitur quando in Ecclesia non est certus numerus praebendarum quia tunc per mortem vnius Canonici nulla dignitas vacat: si quidem liberum est electoribus de nouo illum creare: in Ecclesia ubi est certus numerus praebendarum praebenda verè dicitur vacare, vt colligitur ex illis verbis, vno individuo iure vacante, sic tenet relato Anastasio Germonio, Nicol. Garcia 6. p. de benefic. cap. 2. num. 37.

4 Tertio dubitari potest de iudice synodali an inquam, ad successorem transeat: Et breuiter dicendum est, nullo modo transire, sed cum ipso exingui: tum quia huiusmodi iudices debent designari nominatim, & in particulari: vt colligitur ex Trident. sess. 25. de reformis, cap. 10. ubi statuitur designari personam, quae qualitates habeat iuxta ca. statutum, de rescriptis, in 6. quibus causae à Romano Pontifice delegari possint. Ergo eorum assignatio non transit ad successorem in praebenda, tum quia esto assignarentur in genere, & sub nomine dignitatis, verbi gratia, sit, iudex synodalis Decanus huius Ecclesiae: illo mortuo non transit ad successorem decanatus quia non transit iudicatura, sed cum primo assignato expirat sic docet Garcia 9. p. de benefic. cap. 2. n. 349. cum Michaeli Acofta in cap. quoniam Abbas de officio delegati, & referet ita declaratum fuisse in regia Cancellaria Pintia & à sacra Congregatione super Concilium illo c. 10. quam declarati nem referet, Barbol. super Concil. in noua edit. Flamin. de rescriptis, lib. 1. q. 11. n. 14. Cualos commun. contra comm. q. 66. 6.

5 Quarto dubitatur de vicario & quidem statuendum est vicarium Episcopi non habere dignitatem perpetuam, quia vicariatus non est dignitas, quae successorem exoptulat. Non enim tenetur Episcopus mortuo vicario alium substituere, sed pro libito illum substituit, sicuti & pro libito illum in officio conseruati poterat enim ab officio remouere, quae omnia constant ex c. 1. & 2. de officio vicarii in 6. & Clem. 2. de rescriptis, trad. Rebuffit. de forma vicarii n. 192. Barbosa de potestate Episcopi 2. part. allegat. §. 4. n. 170. & multis citatis n. 145. Quapropter vicarii dignitas, quae nulla alia est quam iurisdictio ab Episcopo delegata, perit morte vicarii, vel remotione illius ab officio: & quando alius loco illius assumitur, non debet dici subrogari in eadem potestate dignitate, sed in alia simili: & sic proprie est de nouo creatus, non tamen est proprie successor. Ex qua doctrina videbatur inferri necessario commissiones factas vicario Episcopi etiam sub nomine dignitatis, tantum esse personales: quia eius dignitas personalis est non perpetua, neque illi per se inherens, sed ex voluntate alterius contingens: sic tradit late probans, & alios allegans Menochius lib. 4. praesumpt. 121. n. 5. & de arbitrio lib. 1. q. 68. num. 24. Mantica de coniecturis, lib. 8. tit. 17. n. 3. Flamin. de rescriptis, lib. 7. q. 24. n. 76. & alii plures relati à Garcia 6. part. de benefic. cap. 2. num. 32. Sanchez lib. 8. disp. 27. num. 8.

6 Nihilominus est hoc de rigore iuris verum sit: attentione consuetudine, & stylo curiae commissiones factae vicario sub nomine dignitatis ad successorem in vicariatu transeunt: praesumitur enim intentionem Pontificis ita esse, ne passim rescripta vicariis Episcoporum commissa pereant, & ne sumptus in nouis expeditionibus multiplicentur: neque conscientiae multorum diu sint vinculis alligatae, & grauatæ dilatione neque expeditionis. sic docuit Abbas in cap. quoniam Abbas, n. 11. de officio delegati, Cardinal. ibi, & in Clem. 2. de rescriptis, q. 5. ubi gloss. verbo principalis Hieronym. Gabr. consil. 33. hb. 2. Thom. Sanchez. n. 10. & 31. Bonacina disp. 1. q. 3. punct. 8. num. 5. Salas disp. 20. sect. 17. sub numer. 124. versic. ex dictis Gutierrez de matrim. cap. 125. num. 14. Nicol. Garc. de benefic. 6. part. c. 2. n. 34. & alii apud ipsos.

7 Sed adhuc est difficultas, qui vegiant nomine vicarii Episcopi, seu officialis diocesani intelligendi, vt possint dispensationes, & commissiones factas vicario Episcopi, seu officiali diocesano expedire;

Et primo dicendum est nullo modo venite intelligendum ipsemet Episcoporum etiam mortuo, vel remoto ab officio vicario, quia Episcopus non est vicarius, neque dignitas Episcopi est dignitas vicariatus, sed omnino distincta: vt constat ex cap. venerabilibus, in primis de sententia ex commun. in 6. Neque obstat esse idem tribunal Episcopi, & vicarii, vt possit Episcopus causas commissas vicario expedire quia est idem tribunal in his, quae competunt vicario ex commissione Episcopi & iure ordinatio, non ex commissione, & delegatione Pontificis sic Nauarr. lib. 1. consil. in 2. edit. de officio delegati, consil. 5. n. 4. Sanchez plures referens lib. 8. disp. 27. n. 30. Bonacina disp. 1. q. 3. punct. 8. §. 1. n. 11. Gutier. de matrim. cap. 125. n. 11. Salas disp. 20. sect. 17. versic. ex dictis.

8 Nec videtur intelligendus nomine vicarii, seu officialis diocesani, Nuntius seu Legatus Apostolicus tum quia Legatus Apostolicus non est vicarius neque officialis diocesanus cuius est commissio talis facultas: tum quia Legatus non potest se intromitti

DE
ASTRO
PALAT
TON.

intromittere in his, quæ à Sede Apostolica specialiter delegantur: iuxta cap. *Anduisti*, 2. de officio legati. & ita tenet relato Sahagun, Nicol. Garcia 6. part. de benef. cap. 2. sub num. 58. ver. sic sed restat.

9. Tertio nec videtur intelligendus auditor cameræ Apostolicæ: nam licet hic sit litteratum Apostolicarum vniuersitatis executor, id est, ubi alij executores deputati non fuerunt, at ubi deputati sunt, solum potest accumulari cum illis litteras expedire, sic Garcia *suprà*.

10. Quarto de vicario Capituli Sede vacante plures affirmant nomine vicarii dicecclani venire intelligendum: ac proinde litteras commissas vicario Episcopi, seu dicecclani, posse illas expedire docet Cardina. *Clement. 2. de rescriptis. quest. 13. n. 15. Sanchez. disp. 27. n. 10. 31. & 33. Zechus de vicario Episcopi. c. 23. §. 1. n. 1. indicat Salas disp. 20. c. 17. ver. ex dictis; præcipue h. sub nomine vicarii dicecclani commissio facta est. Mouentur; quia hic vicarius Capituli Sede vacante vetè est vicarius dicecclanus: imò vetè dici potest vicarius Episcopi, id est, illius qui Episcopalem habet iurisdictionem.*

11. Verum si commissio facta sit vicario Episcopi, censetur non venire intelligendum vicarium Capituli Sede vacante; quia proprie, & in rigore vicarius Capituli, non est vicarius Episcopi sed iurisdictionis Episcopalis, vt docet glossa in *Clement. 2. de rescriptis. verbo Episcopi*. Lambertinus de iure patronatus. 3. p. 2. l. *quasi*, 1. ar. 7. n. 3. Garcia 6. p. de benef. c. 2. n. 41. vbi plures referunt Bonacina disp. 1. *quasi*, 3. punct. 8. §. 1. n. 7. ver. ego vero. August. Barbol. de potestate Episcopi. 2. p. allegat. 54. num. 142. Si autem commissio facta fuerit vicario seu officiali dicecclano, vt communitè fieri solet tunc probabilis, imò pro certo existimo non venire intelligendum vicarium Capituli Sede vacante in dispensationibus matrimonialibus, & rescriptis iustitiæ, & gratiæ quæ dantur in forma dignum; quia auctoritate consuetudine, & stylo curiæ Romanæ non censetur commissio vicario Capituli; siquidem semper committuntur Episcopo viciniori, aut eius vicario; neque vicarius Capituli audeat illas litteras expedire sine noua commissione. sic Hieronym. Paul. de præd. Cancellar. in prin. ver. circa qualitatem personarum. Leo in thesauro fori Ecclesiastici cap. 10. n. 8. fallent. 5. & 6. Sahagun in c. quoniam Abbas. n. 1. Garcia Pluribus decisionibus Kote comprobans 6. p. de benef. cap. 2. num. 44. vsque 58. Bonacina *suprà*. August. Barbol. de potestate Episcopi. 2. p. allegat. 54. n. 158. Notanter dixi non posse vicarium Capituli Sede vacante expedire dispensationes matrimoniales, & rescripta, quæ dantur in forma dignum, commissio officiali dicecclano; quia ex stylo curiæ contrariè habetur, vt intelligas commissiones, & executiones in forma gratiosa seu in forma commissoria quæ non sit in forma dignum, & executiones pensionum, & delegationes causatum, & litium posse per vicarium Capituli Sede vacante expediri, si fuerint vicario, seu officiali dicecclano commissæ: tum, quia in his non habetur in contrario stylo curiæ, tum quia nomine vicarii, seu officialis dicecclani venit intelligendum vicarius Capituli Sede vacante, vbi contrariè de stylo non constat: vt docet glossa *Clement. est principalis de rescriptis, verbo Episcopi*. Imola, Anchar. & alij, quos sequitur Sanchez lib. 8. disp. 27. num. 32. & 33. & plures, quos refert & sequitur Garcia 6. p. cap. 2. num. 47. & ita tenet ipse Garcia sub num. 58. cum D. Sahagun, in c. quoniam Abbas, de officio deleg. n. 15. & addit delegaciones factas à Nuntio Apostolico in Hispania vicario dicecclano, etiam in forma dignum. posse expediri per vicarium Capituli, quia solum ex stylo curiæ Romanæ non venit intelligendus vicarius Capituli nomine vicarii dicecclani non tamen ex stylo Nuntii & aliorum.

12. Sed quid si eiusdem Episcopi sint duo officiales quibus poterit expedire litteras officiali dicecclano commissas?

Respondeo, si vnus est principalior, eo quod magis latam iurisdictionem habeat, is solus poterit expedire quia is solus nomine officialis dicecclani intelligitur in rescriptis Pontificis, vt constat ex *Clement. 2. de rescriptis*, & ibi glossa verbo principalis. Item quia nomen dignitatis absolute prolatum stat pro principaliori significato. Quocirca si plures in vna Ecclesia essent Archidiaconi, & commissio facta esset Archidiacono absolute, intelligi debet esse facta principaliori: sic Sanchez alios referens n. 36. alas *scilicet* 17. sub nu. 14. Gutierrez de matr. cap. 12. §. num. 14. Bonacina num. 10.

Si autem vterque officialis esset æque principalis, tunc distinguendum est inter dispensationes, & rescripta contentiosa, & non contentiosa nam pro dispensationibus, & rescriptis, quæ contentiosa non sunt neque inter partes agitantur, poterit quamlibet illorum eligere, qui nullum inde sequitur inconueniens, & videtur esse mens concedendis: sic glossa *cap. quoniam Abbas, verbo substitutum, de officio deleg. Sanchez num. 37. sine Bonacina & Salas supra*. Pro dispensationibus verò, & rescriptis contentiosis tenet glossa *supradicto* loco esse iudicem quem actor maluerit, quia in fauorem eius rescriptum concessum est, sic videtur electio eius voluisti remitti. Alii vt Broius de c. quoniam Abbas, d. 77. censent ambos esse simul iudices, & neutrum fecerim, quia non maior ratio vnus, quam alterius. Salas autem, & Bonacina *suprà*, censent con-

sententibus partibus quemlibet eligi posse, quia quislibet habet auctoritatem, neque vlli sit iniuria: at dissentientibus partibus concurrentium esse ad Principem, vt determinet. Mihi verò probabilis videtur neutrum à partibus eligi posse, sed electionem, & determinationem faciendam esse à delegante. Mouet, tum quia hæc est communis sententia, vt videri potest in his, quos refert, & sequitur Sanchez n. 37. tum quia tota iurisdictione, & potestas iudicandi, quam quilibet illorum officiarum habere potest, est ex commissione non ex electione partium. Ergo si commissio non magis vnus, quam alium iudicem signat, partes non poterunt vnus potius, quam alium designare. Vtrumque autem designate non possunt, quia non duobus, sed vno tantum commissio facta est. Adde quando vna pars in assignatione discedit, non potest iudex assignatus ab alia parte concedere, & non ob aliam rationem, nisi quia in rescripto non fuit actori talis potestas eligendi concessa, sed neque etiam fuit concessa, quando alia pars consenserit. Ergo, Dices, ergo manebit inritum rescriptum quia est incertum iuxta cap. *ad hac, cap. fin. de rescriptis*.

Respondeo negando consequentiam; quia non est incertum rescriptum: sed certum, de re, inquam, certa, & de persona certa sub distinctione: quod est hæc sit aliqua incertitudo, non vitiat rescriptum, quia purgari potest ex assignatione delegantis, nulla facta in rescripto mutatione: vitiat autem rescriptum, si omnino incertus iudex eligeretur: at quia, in presertim ex certis personis iudex eligitur, non incertus omnino, sed certus reputari debet: & ita cum Bero. de defid. Sanc. illo. n. 37.

13. Vnum tamen est omnino aduertendum, in rescriptis pro foro externo electo vno officiali, quando partes illium eligere possunt, non posse alium æque principalem adiri. Probant aliqui, quia vbi conceptum est iudicium, ibi terminari debet, vbi cap. 30. ff. de iudiciis. Sed finis ratio, quia per solam rescripti presentationem iudicium conceptum non est, vt supra diximus, sed per citationem, vel litis contestationem. Ratio autem vera est, quia electione illius facta per rescripti presentationem, cum animo procedendi circa illum, acquirit iudex signatus iurisdictionem, quæ tamen pro voluntate partis tolli non potest, neque ipse in alium nisi subdelegando in causis, in quibus subdelegare permittitur, transferre potest. sic Anton. cap. licet, vniuersæ, num. 13. de officio deleg. glossa illo quoniam Abbas, verbo substitutum. Sanchez num. 38. Bonacina num. 30. At si electus moteretur, deponeretur, aut alia via alius loco illius subrogaretur, hic posset causam finire, sic Salas, Sanchez *suprà* quia vna successio reputatur eadem personam cum illo, qui fuit primo electus. In foro autem contentiosæ satis probabilis est electo vno iudice alium adiri posse quouisque inuenias, qui dispensationem in tui fauorem expediat. Quia videtur concessa facultas iuxta naturam fori penitentialis, quæ est vt possit penitens electo vno Confessore, illum relinquere, & alium adire, & ab eo absolutionem impetrare. In electione Confessoris delegati videtur dicendum te posse, si eius sententia non placeat, alium eligere, qui iudicet, quia censetur tibi data potestas eligendi, quouisque impetres rescripti consummationem. sic Sanchez lib. 8. disp. 27. num. 40. cum Suarez tom. 4. de penitentiis. disp. 27. sect. 4. dub. 2. num. 7. Salas num. 124. sine, aduersus Nauarr. lib. 1. consil. in 2. editione. Tit. de officio delegati consil. 8. num. vnico.

14. Secundo aduerto, nullo modo posse Episcopum à suo vicario has commissiones auferre, & alteri concedere, manente priori in officio vicariatus, quia non pendet ab Episcopo vicarius in hatum commissionum expeditione: neque potest ad solas harum commissionum expeditiones vicarium statuere, quia iste non esset vicarius Episcopi proprie, quod requiritur, vt capax sit harum delegationum sic Salas disp. 29. sect. 17. sub num. 124. sine. Sanchez lib. 8. disp. 27. num. 42. Bonacina disp. 1. *quasi*, 3. punct. 8. §. 1. num. 11. librum tamen est Episcopo vnum vicarium ab officio remouere, & alium constituere: & tunc requirit prior dispensationes sibi presentatas tanquam vicario expedire, sed expediendæ erunt per successorem: sic doctores nuper relati quod examinandum est in § sequenti.

15. Quinto de vicariis Prælatorum habentium iurisdictionem, quasi Episcopalem, est dubium, an veniant intelligendi sub nomine vicarii, seu officialis dicecclani, cui committuntur rescripta?

Plures, quos refert Sanchez lib. 8. disp. 27. num. 34. negant cum glossa in *Clement. est principalis de rescriptis. verbo Episcopi*, censent nouissimè Augustin. Barboza de potestate Episcopi; 2. part. allegat. 54. num. 143. Sbrozus lib. 2. *quasi*, 23. num. 8. Mouentur, quia hi non sunt capaces harum delegationum, eo quod non habeant dignitatem. Ceterum probabilis censetur capacitas harum delegationum: tum quia hi verè habent dignitatem, sicuti vicarius Episcopi, habent enim ream Ecclesiasticarum administrationem cum iurisdictione, in quo consistit dignitas Ecclesiastica, vt testatur multis r-latis Sbrozus us. l. 2. c. 17. n. 11. Barboza de potestate Episcopi. 2. p. allegat. 54. n. 133. tum quia verè hi vicarii sunt vicarii dicecclani, neque quæ vnus alius ibi adest: tum denique, quia ita videtur in præ-

rescriptum

receptum, ne deterioris conditionis sint illae diceceses omnibus: & ita tenet Sanchez alios referens supra numero 34. Flores de Meno variis lib. 3. quest. 4. a. num. 14. Bonacina disp. 1. q. 3. p. 8. n. 1. num. 9.

16. Sexto dubitari potest de vicariis Episcopi foraneis, an, inquam, expedire litteras commissa vicario dicecesano possit?

Et pro certo tenendum est non posse, quia non sunt vicarij dicecesani: ita aliis relatis docet Barbosa numero 139. Adde vicariatum foraneum non proprie dici obtinere dignitatem, sed officium, ut testatur Aloysius Riccius in praxi fori Ecclesiastici, decis. 377. num. 1. in 1. edit. & in 2. edit. refol. 551. Barbosa supra num. 140.

Sepimo de vicario Episcopi electi, sed nondum consecrati, an, inquam, possit expedire has litteras commissa vicario Episcopi?

Respondeo probabiliter posse: tum quia hic verè est vicarius Episcopi, & nullus alius ibi adest, qui has litteras expedire possit. Tum quia de se capax est huius delegationum, utpote in dignitate constitutus, sic glossa verbo Episcopi, in Clement. 1. §. 1. principalis, de rescriptis. Sanchez libro 8. disp. 27. n. 35. Barbosa de potestate Episcopi, 2. part. allegat. 54. num. 138. & alij apud ipsos.

§. VIII.

An si delegatus, cui sunt commissa rescripta Pontificia, remoueat a dignitate, verbi gratia, canonicus à canonicatu, vicarius à vicariatu, possit eas litteras expedire.

1. Si commissio facta est ratione officij, expirat.
2. At si facta sit personalis? Proponitur dubitandi ratio.
3. Censet expedire commissioem posse, si aliquem ex supradictis titulis habuit tempore commissionis.
4. Satisfit rationi contraria.
5. Excepit, nisi delegatus priuatus fuerit in pœnam dignitatis.
6. Item si delegatus transiit ad statum incompatibilem.

1. **ET** quidem si commissio fuit facta ratione dignitatis, seu officij, certum esse debet relicto officio extingui commissionem, siue res incepta sit, siue non. Quia cessat conditio sub qua commissio fuit facta, sic glossa verbo principalis, Clement. 2. de rescriptis. vbi Cardinal. numero 7. Imola numero 11. & 13. Abbas, Bald. Henricus, Ioann. And. Bellanera, & alij, quos refert, & sequitur Sanchez libro 8. de dispensat. disp. 27. numero 23. & 28. sine. Bonacina disputat. 1. quest. 3. punct. 8. §. 1. num. 13. Ebrozios lib. 3. quest. 47. Barbosa de potestate Episcopi, 2. p. allegat. 4. num. 156. Fiamm. lib. 1. quest. 11. num. 16. Garcia de benef. 6. part. cap. 2. numero 49. Gutier. de matrim. cap. 15. num. 13.

2. Si autem commissio facta fuit personalis, non caret difficultate, an delegatus possit illas litteras expedire? quia illæ litteræ committunt non possunt, nisi in dignitate constitutus, ut constat ex cap. statutum, de rescriptis. in 6. & Trident. sess. 25. c. 10. de reformis. sed ille delegatus iam non est in dignitate constitutus. Ergo iam non valet illas litteras expedire. Probo consequentiam: quia ratio, quare in delegato Sedis Apostolicæ expostulatur dignitas, est, ne Papa, & Sedes Apostolica à vili ministro represententur: ut tradit glossa in supradicto capite statutum, verba committantur. ibi, ne vispendantur à tali ministro. Sed hæc ratio militat tam in principio causæ, quam in medio, & fine: imò magis in expeditione causæ, quam in eius acceptatione. Ergo.

3. Nilominus tenendum est, posse huiusmodi delegatum, cui sub nomine proprio commissio facta est, litteras expedire, quatenus nec dignitatem, personatum, aut canonicatum habeat, modo aliquem ex his titulis habuerit quando commissio illi facta fuit, docet glossa in supradicto capite statutum, verbo committitur, in fine. Decius cap. quoniam Abbas, de officio deleg. n. 96. Berouius n. 95. Felinus n. 5. Cæuallos præf. quest. 666. n. 5. & quest. 667. n. 10. sine. Sanchez plures referens libro 8. disp. 27. num. 28. Flamin. lib. 1. quest. 11. num. 6. & seqq. Bonacina disp. 1. quest. 3. punct. 8. §. 1. numero 17. Augustin. Barbosa de potestate Episcopi 2. part. allegat. 54. num. 155. Garcia 9. p. de benef. cap. 2. num. 351. & alij apud ipsos: & testatur Garcia, Barbosa, Flamin. Sanchez, sic decimum fuisse à facta Congregatione, quas decisiones ipsemet Flamin. & Garcia referunt, & nouissime adducunt à Ioanne Gallemar illo capite 10. Concil. sessio. 25. de reformis. Probatur, quia illa commissio personæ, & non dignitatis facta est. Ergo si illa persona capax fuit illius commissionis, quando illi commissio facta est, nequit illam deperdere, ob deperditam dignitatem, quia non videtur in consecrati, pendere à dignitate, sicut donationem factam pauperi non deperdit pauper, ex eo quod postea diues factus fuerit, quia non pauperat, sed personæ pauperi facta.

Ferr. de Castro Sum. Mor. Pars I.

Et est. Ratio est, quia huiusmodi qualitas non expostulatur adesse, nisi tempore commissionis, quod constat ex illis verbis dicti cap. statutum Sancimus, ut nullis, nisi dignitate prædicta, aut personatum obtinentibus, seu Ecclesiarum cathedralium canonicis causa, auctoritate litterarum, Sedis Apostolicæ, vel Legatorum iussu de cetero committantur. Ergo, si dignitas adfuit tempore commissionis, commissio habuit effectum. Ego etiam si postea deperdat dignitas, non deperdetur commissio; quia nullibi habetur ad executionem litterarum requiriti, sed solum ad illarum commissionem. Vide Flamin. illa q. 11. multis hæc rationem exornantem.

4. Neque obstat ratio in contrarium, cui bene satisfacit Flamin. cum Imola in Clement. 1. §. 1. principalis, de rescriptis. cel. 4. Negat enim dignitatem expostulatam esse à delegato, tanquam finalem causam, ne à vili ministro Sedes Apostolica representetur. nam licet hæc ratio fuerit impulsiva, non tamen finalis, finalis enim fuit: ne ab imperitis, & inhonestis Sedes Apostolica representetur, argum. cap. cum in euntia, de electione. Quæ ratio semper permanet, etiam si dignitas cesset. nam propter qualitatem præcedentem tempore commissionis, semper præsumptio est peritiæ, & honestatis in delegato. Adde, etiam si detames finem expostulandi dignitatem in delegato esse, ne à vilius personis Sedes Apostolica representetur, non cessare huiusmodi finem, etiam si cesset dignitas, modo non cesset per priuationem, aut inhabilitatem aliquam, quia iam illa persona qualificata est ob dignitatem tempore commissionis habitam, neque viliis reputari potest.

Ex quo fit limitanda esse primò hæc doctrinam, ut intelligatur, nisi delegatus in aliquo delicti pœnam priuatus fuerit tali dignitate, quia tunc cessat finis, ob quem diximus, dignitatem in delegato expostulari, qui est mortui honestas, & peritiæ. Adde esse personam vilem & indignam representandi Sedem Apostolicam, sic tradit Sanchez n. 26. cum Bald. l. generaliter. C. de Episcopis, & clericis. num. 7. Decius cap. quoniam Abbas num. 58. de officio deleg. & ibi Felin. num. 5. Berouius num. 96. & probat ex text. in l. C. sicut, sed ff. de Senatoribus, vbi remouetur à senatu ob turpitudinem iudicare nequit, secus si ob aliam causam.

6. Secundo limitanda est doctrina cum eodem Sanchez numero 27. Decio, Felin. & Berouio supra Flamin. lib. 1. q. 11. n. 25. Bonacina disp. 1. quest. 3. punct. 8. §. 1. numero 13. ut intelligatur, nisi delegatus transierit ad statum incompatible delegationis, eo quod factus fuerit incapax iurisdictionis Ecclesiasticæ; ut quia contraxit matrimonium, vel quid simile fecit, nam in hoc casu non poterit illam causam expedire, quia non presumitur Pontifex velle, ut eius iurisdictione utatur, qui sic est impeditus.

PUNCTVM XVII.

An priuilegium, & dispensatio cessent renuntiatione ipsius priuilegiati.

1. Controversa est de priuilegio in fauorem priuilegiati concessio, non de priuilegio in bonum commune, quod renuntiare non potest.
2. Clericus renuntiare non potest priuilegio fori, & canonico. Quid de filiofamilias in priuilegio Macedoniano, & de minore in beneficio restitutionis in integrum?
3. Vinculum, quod semel per priuilegium, seu dispensationem sublatum est, non redit renuntiatione.
4. Renuntiatio priuilegij non est non usus illius.
5. Ad renuntiationem, per quam priuilegium cessat, requiritur voluntas libera renuntiantis.
6. Sed an hæc sufficiat, sub distinctione responderetur.
7. Proponitur obiectio, & soluitur.
8. Electus renuens consentit electioni, mutata voluntate consentire potest.
9. Limitatur supradicta doctrina in vinculo voti, & iuramenti, sed cum declaratione.
10. Renuntiatio priuilegij acceptari debet à concedente priuilegium.
11. Qua sit renuntiatio tacita.
12. Per ipsam, nisi à concedente acceptetur, non amittitur priuilegium.
13. Si obtinuit dispensationem, ut ducet Mariam, duxisti aliam, ea mortua potes priorem ducere.
14. Dispensatus ad beneficia, si ad nuptias transte, non ob id cassatur dispensatio, sed mortuo uxore illa vti poterit.

1. **P**onendum est primò, sermone esse de priuilegio, & dispensatione, quæ in bonum priuilegiarum, primò & per se cedunt, quia hæc solum sunt, quæ renuntiare possunt, ex l. quod fauore, C. de legib. & l. pacisci. ff. de pactis, & l. pactum inter heredes eodem, l. ff. de feruis, & l. si iudex ff. de minorib. & cap. ad Apostolicam, de regularibus. Priuilegia namque, quæ in bonum commune directè ordinantur, renuntiare nulli modo possunt à partiu